ELEGIARVM DE REBVS GESTIS ARCHIDVCVM AVSTRIÆ,

Lib. duo,

Ioanne Ramo Goeſano Autore.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE REBVS TVRCICIS,

Libri tres,

Soluta oratione, partim à Secundino uetuſtiſsimo Autore, partim à Ioanne Ramo deſcripti.

Elegiæ aliquot & Epigrammata Eiuſdem Rami.

de Fer. mercero 1680.

LOVANII,

Apud Martinum Rotarium bibliopolam Iu.

Anno. 1553.

CVM PRIVILEGIO.

2.a

INCLYTO BOHEMORVM Regi & Auſtrię Archiduci Maximiliano .Ferd.F.Principi clementiſſimo, Io.Ramus.

S.

ECCE iterum ad te veniunt maiorum tuorũ hiſtorię Rex Sereniſs. quas ante bienniũ tã benignè à me accepiſti vt qui benigniſſimè, tãq; libẽs & cupidè legiſti, vt facile declarares nihil tuę maieſtati gratius accidere potuiſſe, q̃ ſi in illuſtrãdis maiorũ tuorũ imaginib⁹ operã oẽm ſtudiũq; cõtuliſſem. Admonebas me tñ, poſtremũ à te diſcedẽtẽ, vt præter hæc, ad metã quoq; legalis ſtudij (quod iãtum nõ leuiter attigerã) ꝑpę rarem, nec diffiderẽ quin tuę maieſtatis auſpicijs, ſi illã artẽ perdidiciſſem, ad maiora aliquãdo & ſublimiora peruenirẽ, ꝙ vtiq; pro viribus iãdudũ conor, nihil dubitãs, quin tã ſecũdis vẽtis aſpirãtib⁹ inoffenſa nauigatione in portũ quietiſſimũ noſtra claſſis ſit ingreſſura. Quã ſpẽ nullæ vnq̃ tẽpeſtates aut procellæ mihi eripiẽt, q̃ diu illuſtris vir dñs Chriſtofor⁹ liber Baro ab Eytzing eũ apud te, in quo hacten⁹ eſt, locũ retinebit, quẽ ꝑpter maxima in me beneficia, quib⁹ etiã abſentẽ ꝓſequitur, nõ poſſum nõ plurimũ colere

&venerári. Cur aũt hos Archiduces iterũ ad te mitterẽ, nõ vnã cauſam nec futilẽ habui. Primùm metuebã ne inter tot & tã ardua Reip. negocia noſtri memoria tuæ Ma. excideret, niſi idẽtidẽ alijs atq; alijs incitamẽtis excitaretur. Feriat⁹ itaque nõnihil à Iuris ſtudio totum ferè hoc opus retexui, quòd multa occurrerent quę mihi aliter & ſignificantius dici poſſe viderẽtur: quorum obſeruatione cùm totos margines impleuiſſem, & iá velut nouũ opus cõditur⁹, ad recẽtes paginas cõfugerẽ, plurimũq; ſtudij in hãc rẽ cõtuliſsẽ, videbar mihi meo iure poſſe hoccar mẽ nuper editũ ad tuã Ma. pro nouo remittere. Nec illud in animũ inducere potui vt à vetere ſuo patrono alienarẽ, cui⁹ tã apertã & liberalẽ erga me volũtatẽ eſſem expert⁹ vt nõ fuerit ĩgratitudinis ſuſpitione cariturũ, ſi ab eo qualibet occaſione diſceſſiſſem. Nõ agã cũ tua Ma. ꝓlixius, hoc tãtũ peto, vt tui Rami memoriã aliqñ inter grauiſſimas regni occupatiões animo tuo patiaris irrepere, & cogites nihil alienũ eſſe à Principũ ſplẽdore mẽtẽ à negocijs Reip. feriãtẽ, ad infimorũ cliẽtũ ſpes & expectationes adijcere. Vale Rex clementiſſime. Louanij pridie Cal. Apriles. Anno. 1553.

DE ARCHIDVCIBVS AVSTRIÆ Ex Habſpurgenſi familia, Liber Primus.

Io. Ramo Goeſano Autore.

¶ Quomodo à Bohemis ad Habſpurgenſem familiam Auſtria peruenerit.

PAruit infeſtis olim ſubiecta Bohemis
Auſtria, & arbitriũ eſt Albi ſecuta tuum.
Donec ad Imperij culmẽ Regale uocatus,
De clara Habſpurgi ſtirpe Rudolphus erat.
Qui ſigna oppreſſum uictricia mouit ad Iſtrũ
Danubij qua ſtat iuncta Vienna uado.
Iratiſq; illinc Othocarum depulit armis,
Auſtriaci qui tunc ſceptra tenebat agri.
Inſigneſq; egit hoſtili ex clade triumphos,
Et uictam Auguſta pace repleuit humum.
Cuius adhuc fœlix ſubiecta nepotibus, orbem
Nominis impleuit Auſtria laude ſui.

De quibus & fratres iſto quoq; tẽporeīregnãt,
Alter in Eois, alter in Occiduis.
Atque adeò ex illis regesq; ducesq; ſuperſunt,
Quos penès arbitrium totius orbis erit.
Magnaq; ſubiecto referent Oriente trophæa,
Et pœnas illis Turcia capta dabit.
Vera loquor, nec enim fugiunt uentura poëtas,
Semina diuinæ carmina mentis habent.

¶ Albertus Rudolphi F. primus, ex Habſpurgenſi familia, Archidux Auſtriæ.

VIx benè depoſitis placata reſederat armis
Auſtria, ab exequijs dux Othocare tuis:
Ciuili rurſus commota furore parabat,
Vertere in Habſpurgũ tela nephanda Ducẽ.
Ante ſed infeſto quàm robore iuncta coiret,
Alberti ſubito eſt turba ſoluta manu.
Maxima cũ Bauaro geſſit duce prælia, & ipſũ
Compulit in turpem uertere terra fugam.
Rhenus ubi claram Nemetũ præterfluit urbẽ,
Et uetus in media Spira palude iacet.

Naſſouium uictor pugnans occidit Adolphum,
Quem penes Auguſtæ pars quoq; ſedis erat.
Solus & Imperij tractandas ſumpſit habenas,
Nec quemq̃ in tanto eſt paſſus honore parẽ.
Illinc Hercinium uictor conuerſus ad Albim,
Horrida Sarmaticis intulit arma iugis.
Omnia ubi illius ceſſère ſubacta furori,
Et nato attribuit ſceptra Bohema ſuo.
Hinc uelut inſtantis fati ſibi præſcius, ultro
Poſt tot deuictos exuit arma Duces.
Vixq; redux patrias uictor peruenit in oras,
Ecce, ſui cæſus fraude nepotis, obit.

¶ Fridericus I. Alberti I. F.

DVra locum nato genitoris fata dederũt,
Iſter in arbitrio cuius & Albis erant.
Cæſareumq; etiam nomen titulumq; parumper,
Sceptraq;, proh nimiũ ſceptra oneroſa, tulit.
Tota ſub hoc quodã Germania Principe, quãtũ
Vix unq̃ a primo Cæſare mota fuit.
Infeſtis regum ſtudijs diuiſa duorum,
Auguſti inter quos ardor honoris erat.
Legerat Auſtriacũ procerũ pars una Fridricũ,
Altera pars Bauarũ Noriciumq; Ducem.

Mutua propterea miſcebant bella Monarchæ,
Hic ubi Noricios irrigat Oenus agros.
Dūq; ſibi Auſtriacus feſsis malè cōſulit armis,
In Bauari cecidit turpia frena ducis.
Atq; ita Cæſareum liquit ſeparatus honorem,
Fœdáq; pro imperij uincula ſede tulit.

¶ Rudolphus Alberti I. F.

CVm tulit Auſtriacos faſces ſceptrumq; ducale,
Huic nonus & decimus cœperat annus agi.
Ac mox dotales nupta cum uirgine habenas,
Accipit ad ripas Albi ſuperbe tuas.
Iamq; ſua æternis iuuenis dare nomina faſtis
Cœperat, & famam Marte totáq; ſequi:
Cùm miſer accepto fertur cecidiſſe ueneno,
Atq; oportunis membra dediſſe rogis.
Non tulit externum ſcelerata Bohemia regem,
Ferre iugi Auſtriaci Praga negauit onus.
Poſt experta tamen Iouis eſt & Cæſaris iras,
Et multa pœnas clade ſubacta dedit.
Exitus iniuſtis talis ſolet eſſe tyrannis,
Quos ſuus ad ſummas impetus egit opes.

Lupol

¶ Lupoldus Alberti 1. F.

INter quotquot erāt iſto de ſanguine fratres,
Optimus hic bello militiaq; fuit.
Armatus Latias uſque eſt progreſſus in oras,
Vt regni motus ſiſteret Italici.
Moxq; rebellantem domuit, quē Mantua, quēq;
Verona infeſto cinxerat hoſte Padum.
Suitenſes plenis inuaſit uiribus urbes,
Inter & Helueticos arma citauit agros.
Inde recens, ut adhuc perfuſa cruore madebāt,
Contulit in Bauarū Martia ſigna Ducem.
Pro capto quatiēs ſigna horrida fratre, ſed huic
Cum uerſa in peius deteriusq; foret: (res
Romanas ſupplex ſeſe proiecit ad aras,
Atq; è Pontificis ſede popoſcit opem,
Illinc deuotis bullata Ceraunia dextris,
Nequicquàm in Bauarū procubuêre caput.
Mox uerſus magicas deſperabundus ad artes,
Inſtruxit diris carminibusq; manum.
Cumq; eā cœpta uidet ſucceſſu caſſa ſecundo,
Et ſummum uotis numen obeſſe ſuis:
Incidit in ſubitam correptus peſte phreneſim,
Qua iacet à Tyras urbs duce nomen habēs.

Otho

¶ Otho. Alberti I. F.

CVm Bauaro Imperij iam ſceptra locumq́; tenente,
Spe cumulandarum fœdera iunxit opum.
A quo uix tandem Carnos gentemq́; recepit,
Quam medius rapido perluit amne Drauus.
Protinus hæc patrijs adiecit munera ſceptris,
Inq́; fidē Auſtriaci eſt Carnia uerſa Ducis.
Auſoniæ cupidus flagrabat amore coronæ,
Et ſibi ad imperij ſceptra parabat iter.
Aſt illum id miſerè uotum ſtudiumq́; fefellit,
Nec finem ſpes eſt iſta ſecuta ſuum.
Non potuit, fato nimium conſtanter iniquo,
Auſtriacas ultra tollere nomen opes.
Plurima iam ſenior ſublimi uertice templa,
Sydereis fecit conſpicienda iugis.
Vnde immortales quæſiuit nomen in annos,
Extinctus uita deficiente ſenex.

¶ Henricus Alberti I. F.

TOta Gibellinis diuiſa tumultibus olim
Italia, & ſtudijs ſecta duobus erat:
Cum

Cum procul Auſtriacis Hērici dextra ab oris,
Vertit in Auſonium bellica ſigna ſolum.
Qui niſi ibi ſubito morbo correptus obiſſet,
Laturus ſummi culmen honoris erat.
Itala ſedato pacauit regna tumultu,
Oppreſſitq; ſcelus transfuga Gelphe tuum.

¶ Albertus II. Alberti I. F.

ALbertus fratrum uixit poſtremus, & illi
De patris factum nomine nomen erat.
In quo poſt alios ſceptri fortuna pependit,
Non habuit generis cætera turba parem.
Omnis ut extincta eſt fratrū ſine prole caterua,
Nec ſpes ſeruandæ relliqua ſtirpis erat:
Vltimus è clara thalami conſorte reliquit
Nominis hæredes Imperijq; ſui.
Inuictos domuit Tiguros ſtagnumq; Lemānū,
Vnde trahit nomen gens Alemana ſuum.
Duráq; pro capto ſuſcepit bella nepote,
Cum præda Heluetijs Schaffuſijsq; foret.
Quem mox, ſigna mouēs uiolētis fortiter armis,
In ueterem aſſeruit reſtituitq; locum.

Hic

Hic ubi Neccharidos leni iacet agmine ripa,
Mouit in Auſonium ſigna cruenta ducem.
Cùm tulit auxilium, cerui qui cornua geſtat
Infeſti contra Cæſaris arma, duci.
Gymnaſiũ prima poſuiſſe ab origine fertur.
Qua ſtat Danubij iuncta Vienna uado.
Paulatim uitam ſenio aduentante reliquit,
Atque anima clauſit deficiente diem.

¶ Rudolphus I I. Alberti II. F.

TRanſegit uitæ ſpacium ſine Marte Rudolphus.
Non tamen ingenio pacis amante fuit.
Sæpe domi fictis agitabat prælia ſignis,
Prælia cum nullus qui daret hoſtis erat.
Et ne nulla ſuum ſequeretur gloria nomen,
Néue foret uitæ fama caduca ſuæ:
Auxilium Muſis ſtudijsq; cadentibus, atque
Ter tribus inſtituit ferre deabus opem.
Exemploq; ſui monitus genitoris, in artes
Ingenuas larga contulit æra manu.
Largiter effuſis Collegia ſumptibus auxit,
Inſtitui patris cœpta fauore ſui.

Germanus

Germanas ultra ſubito hinc caput extulit artes,
Æmulaq́; Auſonijs facta Vienna ſcholis.
Qua fore perpetuam famam ſibi laude putauit,
Cum tranquilla domi tempora, paxq́; foret.
Erexit mira turrim compage Viennæ,
Quale ferè totus uix opus orbis habet.
Cæſaris Auſonias ductum comitatus in oras,
Correptus ſubitis febribus interijt.
Corpus in Auſtriaca ſignatum marmore terra
Conditur, in templo culta Vienna tuo.

¶ Albertus III. Alberti II. F.

QVanta erat, & qualis quondam fratriſq́; Remiq́;
Lis orta ad ripas aduena Tybri tuas:
Tanta duos inter fuerat diſcordia fratres,
Cùm petit Auſtriaci nomen uterq́; ducis.
Attulit Alberto meritam uictoria palmam,
Iuſtaq́; is obtinuit uindice ſceptra manu.
Qui, quod in egregio ſpectãdum rege requiras,
Aurea ſi ſpectes tempora pacis, erat.
Bella gerant alij, dixit, mihi cauſa triumphi
Pax erit, atque iſta laude perennis ero.

Nec

Nec tantum, ut multi, doctorum cultor, at ipſe
Ornarat uarijs artibus ingenium.
Attigit optatam fœlix ſine labe ſenectam,
Auſtriacam poſtquàm pace repleſſet humū.
Cumq́; laceſsitus tandem horrida ſigna pararet,
In te crudeli uertere Praga manu:
Ante miſer perijt quàm pugna inceſſeret hoſtē,
Quamq́; animi finem poſſet habere ſui.

¶ Lupoldus II. Alberti II. F.

HIc pugnax, frugiq́; fuit, uerum impius idem,
In fratrem ſumpſit tela cruenta ſuum.
Euganeis Venetum ſurgens de finibus agmen
Contudit, inq́; fugam caſtra Latina dedit:
Donec collatis ineuntes fœdera dextris,
Alter in alterius uerba dedêre fidem.
Sicq́; Duci factus Dux eſt obnoxius, atque
Auſtriacis Venetæ fœdera pacis erant.
Inter & aërio ſublimes uertice montes,
Intulit Helueticis Martia ſigna iugis.
Hic ubi præcipiti fluctus rapit Arula curſu,
Bernáq́; piſcoſis ſollicitatur aquis.

Et miſer incautis ſibi dum malè conſulit armis,
In medijs pugnans hoſtibus occubuit.

¶ Albertus IIII. Alberti III. F.

ISte Paleſtini ſacrum Iordanis ad amnem,
Intulit Auſtriacum ſigna profeſſa Du-
cem.
Viſurus Solymæ ueteris ueſtigia terræ,
Et loca quæ Pharijs Nilus inundat aquis.
Inde Sigiſmundi communibus incitus armis,
Fudit in aërijs montibus Heluetium.
Hauſto ubi mutauit uitam cum morte ueneno,
Extinctusq; alui eſt lubricitate ſui.
Inuidêre Ducem nobis tot dotibus auctum,
In tam præcipitem fata coacta necem.
Auſtriacam cuius delatum corpus in urbem,
Turbidus hybernis quam premit Iſter
aquis.
Cultáque honorifico monumenta recluſa ſepul-
chro,
Poſteritas illi, dona ſuprema, dedit.
Huic ſine bellorum tranſacta eſt uita tumultū,
Atque animo natus pacis amante fuit.
Infœlix

Infœlix uiduos egit ſine coniuge lectos,
Terq; illi inceptus nō bene ceſsit Hymen.
Spretus ab Hūgarica bis prole, ſemelq; repulſus
Deſeruit thalamos uirgo Polona tuos.
Cumq; ſuum uidit nomen ſine ſtirpe futurum,
Quodq; inimica illi mater amoris erat:
Omnia conſtanter Fortunæ uulnera, donec
Fata ſenem terris eripuêre, tulit.

¶ Lupoldus III. Lupoldi II. F.

AVdax, & belli tēpus cum forte popoſcit
Strēnu⁹, aſt expers cætera laudis erat.
Heluetios ſubitis cinxit legionibus agros,
Triſtia pro cæſo bella parente mouens.
Dumq; hæret dubijs anceps uictoria ſignis,
Vulneraq; alterna dantq; feruntq; manu:
Pugnans aduerſo pulſatur marte Lupoldus,
Haud procul à ripis Rhene citate tuis.
Moxq; inſtauratis iterū mouet arma cateruis,
Remq; ferox alia parte reuerſus agit.
Inq; hoſtem à tergo quem fugerat antè ſecutus
Victrici retulit ſigna cruenta manu.
Præterea faſtis dignum nihil egit, inersq;
Traxit in obſcura tempora pace domi.

Deinde

Deinde grauis ſenio poſtremiſq́; auctior annis,
Tradidit Auſtriaco membra tegenda ſolo.

¶ Fridericus II. Lupoldi II. F.

VT fuerit reliquos lõgè ditiſsimus inter
Illo, quos habuit tempore terra Duces.
Non tamen infeſtum Fortunæ ſaucius ictum,
Nec fugit rabiem triſtis Erynni tuam.
Cùm foret ob Latiam diſcors Germania ſedem,
Motaq́; in Auſonium Teutona terra Papã:
Romanæ adſertor ſedi propè ſolus adhæſit,
Impia nec uoluit Cæſaris arma ſequi:
Cuius & hinc magnas in ſe commouerat iras,
Dictus & imperij publicus hoſtis erat.
A patrijs etiam proſcriptus finibus, atque
Cum patria cunctas perdidit exul opes.
Ad ſe quas iterum longo poſt tempore traxit.
Póſtque, niſi fallor, luſtra peracta duo.
Marte quidem clarus fuerat, niſi ſemper in ipſum,
Incita Fortunæ dextra cruenta foret.

Mouit in Heluetios ſigna importuna, ſenexq́;
Horrida montanis intulit arma locis.
Inter utroſq́; fuit fuſi non parua cruoris
Copia, nec timidas conſeruēre manus.
Et certa Auſtriacis aderat uictoria ſignis,
Irrita neſcio quo ſpes fuit illa modo.
Vix hoſtes miſera Fridericus clade repulſus
Fugit, & admiſsis caſtra reliquit equis.

¶ Sigiſmundus Friderici II. F.

SIgna repugnantes uictricia uertit in hoſtes,
Heluetici Rhenus qua ſecat arua ſoli.
Vt nunq̃ Auſtriacis iſta cum gēte Monarchis
Conſtans, ſi memini, páxue fidéſue fuit:
Sic res ſæpe parum bello fœliciter acta eſt,
Auſtriaq; hic fractas ſæpe reliquit opes.
Iſta Sigiſmundi uires quoq; terra morata eſt,
Vtq; alios, turpi reppulit inde fuga.
Hinc illum uerſis ſubito tulit impetus armis,
Transq; Athesis flauas caſtra locauit aquas.
Euganeos illinc Venetûm prorupit in agros,
Armata quatiens ſigna timenda manu.
Compulit

Compulit & uictũ retro dare terga Robertũ,
Attamen ante neci milia multa dedit.

¶ Albertus V. Alberti IIII. F.
ex Sabini Cæſ. Germa.

Contulit Alberto regale Bohemia ſceptrum.
Ac ſubiecit opes Pannona terra tuas.
Nupta quod illius thalamo, lectóq; iugali,
Nata Sigiſmundi regis Elyſſa fuit.
Quæ uelut exemplum Lucretia caſta pudoris,
Æquabat morum nobilitate genus.
Teutonici ductu Thaboritas fudit Achillis,
Colluuies quædam gens ea plebis erat:
Templa Bohemiacis quæ diſijciebat in oris,
Atque ſacerdotum diripiebat opes.
Illaturus erat Turcarum bella Tyranno,
Morte ſed extinctus præueniente fuit.

¶ Ladiſlaus Alberti V. F.

Mœſta Ladiſlaus poſt fata paterna rogosq;,
E uiduo natus proſilijt thalamo.

Et tres hæredem ſine ſucceſſore, coronæ
Sceptráq; ſunt unum ſic tria adepta Ducem.
Sed quia adhuc regnis ætas minus apta gerẽdis,
Ac tantis impar languida rebus erat:
Regnorum tenuit molẽ Fridericus, & iſthæc
Conſtanti accepit ſceptra tuenda fide.
Interea heu quantis tamen intumuêre procellis,
Donec in arbitrio regna tuentis erant.
Pannonia hinc ferrũ, tulit inde Bohemia flãmas,
Vtraq; in infantem concita terra Ducem.
Iamq́; peregrinos utriq; in regna uocaſſent,
Si non occurſum clade manuq́; foret.
Tandẽ ter ſenos poſtquàm compleuerat annos,
Cumq́; togæ inciperet ferre uirilis onus:
Regnandi auſpicium faciens ſceptriq́; futuri,
Cœpit in Auſtriaco reddere iura ſolo.
Poſthec infidos toties, ſub frena Bohemos,
Ac deinceps etiam Pannona regna uocat.
Huius ad Imperium nomen Fortuna tuliſſet,
Cæſareumq́; humeris ſuſtinuiſſet onus:
Ni tres tam ſubitò rupiſſent fila ſorores,
Staminaq; auſpicium uix benè nacta ſuum.
Nondum, ſi memini, decimũ geminauerat annũ,
Cum fati ſoluit iura ſuprema ſui.

Magdala Francorum ſoboles ab origine Regũ,
Huius erat caſtos ſponſa habitura thoros:
Cum uina imprudens lætali miſta ueneno,
Poculáq;, ut memorant, pernicioſa bibit:
Eq; thoro rogus eſt, è lauro facta cupreſſus,
Cunctáq; inauditis uerſa fuêre malis.
Exequias illi ſuſpecta Bohemia ſoluit,
Et celebre æterno funus honore dedit.

DE ARCHIDVCIBVS AVSTRIÆ, EX *Habſpurgenſi Familia,* LIBER SECVNDVS.

¶ Arneſtus Lupoldi II. F.

INuida ſi nobis Arneſtum fata negaſſent,
Vnde tot & tãti proſiliêre Duces:
Non foret Europæ tam formidabile nomen,
Noſtráq; apud Scythicos gloria tãta Getas,

Iamq; Aſiæ, quis ſcit, bello fortaſſe ſubacta
A Cadmi tellus dicta ſorore, foret.
Nec tua quæ nunquàm ſatis eſt laudata, fuiſſet
Carole uictrici cognita fama manu.
Tu quoque in obſcuro rex Ferdinande iace-res,
Nec ſine te Regum tanta caterua foret.
Nunc ſed ad Arneſti uitam moresq; reuertor,
Et cœpti aggreſſus perſequor orſa mei.
Omnis in hoc potuit uirtus Duce nata uideri
Quam ſecura domi tempora pacis habent.
Nam res ut bello gereret caſtrisq; uacaret,
Martiáq; ut rabida ſumeret arma manu:
Haud unq̃ induci potuit, ſine ſanguine ſceptra,
Nulliusq; unquàm tincta cruore tulit.
Auſtriacam ſine ui geſsit, ſine cæde coronam,
Pro caſtris leges iuſtitiamq; colens.
Talia præteritis puto regna fuiſſe ſub annis,
Tempore Leucadij Falcigeriq; ſenis.
Impoſuit patrio ſua membra tegenda ſepulchro,
Exequiasq; illi culta Vienna dedit.

¶ Albertus VI. Arneſti
Filius.

Hoc

HOc Duce fraterno tremuit concuſſa ſurore,
Et fuit in partes Auſtria ſecta duas.
Pars una Albertum, pars te Friderice ſecuta eſt,
Vtriq; ad regnum Marte patebat iter.
Vtq; ſolet, iuſtam fouit Victoria cauſam,
Alberti uires ſuccubuêre Ducis.
Qui ſæpe inſtructis inuaſit uiribus urbem,
Qua nulla Auſtriaco maior in orbe iacet.
Non aliter, quàm cum Scythica de gẽte tyrãni,
Pannonium ualido Marte per agmen eunt.
Hic ita qui patrios fœdauit ſanguine muros,
Anne Iouis dextra uindice dignus erat?
Degener, ac nulla clarus uirtute, ſupremum
Neſcio quo tandem clauſit in orbe diem.

¶ Fridericus III. Arneſti F.

TRanquillæ requiem pacis Fridericus amabat,
Sæuaq; perpetuo bella peroſus erat.
Sumere nonnunq̃ fuerit licet arma coactus,
Germanoq́ bellum fratre mouente ſuo.

Venit ad Imperium Romanáque ſceptra uoca-
tus,
Cum tribus addiderat luſtra peracta duo.
Nullus ab Auguſto faſces ita Cæſare, nullus
Regia tam longo tempore ſceptra tulit.

¶ Maximilianus, Friderici III. F.
ex Sab. Cęſa.

M*Aximus Occiduis fuit Æmilianus in*
oris
Captus, ab indigenis perfida Bruga tuis.
Ipſe ſed ereptus celeri uirtute parentis,
Vincula quæ tulerat, mox tulit arma, manu.
Depulit Hunniaden à ſedibus ultor auitis,
Qui fuit Auſtriacis Marte potitus agris.
Signaq; regalem uictricia mouit ad Albam,
Horruit inuicti Cæſaris arma Sauus.
Pannones euerſis & ſubmiſêre pharetris
Spicula, quæ ferro tinctile uirus habent.
In Mahometigenas deduxit & agmina Turcas,
A quibus affectus clade Liburnus erat.
Ante ſed aggreſſus, quàm prælia miſcuit, hoſtē
Verſa metu pauidi terga dedère Getæ.
Contu-

Contudit indomitum debellauitq́; Sicambrum,
Victa prius nunquàm dextera cuius erat.
Norica uaſtantes occidit & arua Bohemos,
Marte Palatinas cùm ſequeretur opes.
Nec ſemel eſt ultus rumpentem fœdera Gallum,
Inſtabilem ſummi Pontificisq́; fidem.
Conſcendēs Tyrij ductoris & æmulus Alpes,
Fudit in aërijs montibus Heluetium.
Quid loquar Euganea Venetum cum plebe Se-
natum?
Quos domitos terra, quos ſuperauit aqua.
Adriaci uaſto trepidabant æquore nautæ,
Mercibus ac plenas deſtituêre rates.
Vrbis ubi uictor Patauinæ mœnia cœpit,
Tantus erat terror tantus ubiq; metus.
Vltima poſt duros ærumnoſosq́; labores,
Fata pium terris eripuêre ſenem.

¶ Franciſcus Maximiliani F.

NOn ultra cunas nomen porrexit, & ante
Iudicij compos quàm foret, interijt.
Nilq́; orbi præter luctum gemitumq́; reliquit,
O nimis in lachrymas tempora fœta ſuas.

Philippus

¶ Philippus Maximiliani F.

DEbuit Auſtriacis hæres ſuccedere terris,
Inq; ſui patris ſceptra locumq; ſequi.
Inuida ei tantum uitæ ſi Parca dediſſet,
Semper in eximios Parca maligna uiros.
Annis addiderat quatuor uix luſtra duobus,
Primaq; uix illi barba uirilis erat:
Cum Belgis miſerè deflēdum à morte cadauer,
Oſſaq; in occidua condita liquit humo.
Speſq; erat Æmilium regnandi ut honore referret,
Imo etiam maior dexteriorq; foret.
Huius Elyſſa thoro cum ſpe nympha addita regni,
Occidui ſoboles Regis Elyſſa, fuit.
Nec mora, mox regnum ſocero moriēte recepit,
Quod modo cæruleis tingit Iberus aquis.
In quo ſe magnis poterat decorare triumphis,
Et de Barbarica ferre trophæa manu:
Si non uiuendi ſpaciumq; moramq; negaſſent,
Inuida tam celeri fata peracta gradu.
Ante obitū geminos tamē una ex cōiuge natos,
Et natas quatuor ſuſtulit ante obitum.

Quos

Quos penes Imperij modo ſceptra ſupba qeſcũt,
Partitumq; ipſo cum Ioue munus habent.
Viuite Semidei Cæſar cum Cæſare fratres,
Sydera dum cœlum, dum feret unda rates.

¶ CAROLVS PRIMVS IN hac Familia: In Imperio vero eius nominis Quintus, Philippi F.

Carole qui cœlum, terras qui laudibus imples,
Quiq; orbis ſummo cũ Ioue frena tenes.
Ingredere ad citharam, & timidi rege uatis habenas,
Et duc per faſtos carmina noſtra tuos.
Inuenio ex alijs nullum tibi laude ſecundum,
Inter quotquot habet terra Latina Duces.
Æmilij Imperium cùm primùm morte uacaret Anno
Cumq; tuus uita functus obiſſet auus, 1519.
Vix tibi uix quartus luſtris tribus additus annus
Et toga uix etiam ſumpta uirilis erat,
Attamen Æmilij factus ſucceſſor, & hæres
Cœpiſti Auſonij ſceptra regenda ſoli.

Inq;

Inq; tuis moles humeris ruitura quieuit,
Orbis & arbitrij machina facta tui eſt.
21 *Quascũ Franciſcus ſummè affectaret habenas,*
Aurea qui Clypeo lilia trina gerit:
Cumq; dolis uſus nil proficientibus eſſet,
Arripit irata bellica ſigna manu.
Et Lucenburgos premit acri milite fines,
Aruaq; ſyluoſis undiq; plena iugis.
Verſa coëgiſti quem mox dare terga, priuſquàm
Mota tua ad Rhenum Carole ſigna forent.
Has tibi ſuſceptæ tribuit Fortuna coronæ
Primitias, faſtis orſaq; digna tuis.
25. *Inde latebroſas Gallus progreſſus ad Alpes,*
Ticini in liquidis caſtra locauit aquis.
Dumq; ſibi Inſubres atque Itala ſubdere regna
Cogitat, & Latium ſub iuga ferre ſolum:
Aſpice, Cæſareas liuenti fronte catenas,
Vinclaq; fert illa, qua tulit arma, manu.
26. *Mox coniuratam Romam Tyberimq; rebellẽ,*
Mœniaq; auſpicijs iacta Quirine tuis:
Alta coëgiſti ſubmittere culmina uinclis,
Imperijq; tui frena ſubire Papam.
30. *Te quoq; q̃ medius Florentia diuidit Arnus,*
Senſit in Hetruſco Marte ſubacta ſolo.

Quod multus fuſo teſtatur ſanguine miles,
Cuius adhuc ſparſis oſsibus albet humus.
Rex Aſiæ Auſtriacum nequicquàm uerſus ad Iſtrum, 32.
Sanguinea à Scythicis prælia mouit aquis:
Atq; improuiſa cinctam obſidione Viennam
Preſsit, quamq́; ferè ne caperetur erat.
Cumq́; uideretur poſitis Germania ſignis,
Sponte ſua hoſtiles mox ſubitura manus:
Extemplo auditū eſt tua Carole caſtra moueri,
Obuiaq́; infeſtis ſigna uenire Getis.
Ad Tanaim retro celebresq́; Propōtidis oras,
Fugit & ad Pharias territus hoſtis aquas.
Non nomen ſed tunc pro nomine fulmen habebas,
Hoſtes cum famæ terga dedêre tuæ.
Mœnia quæ in Lybicis Dido iactauit arenis, 35.
Et iuxta æquoreas aduena ſtruxit aquas:
Æmula Romanis ægrè ceſsêre triumphis,
Sunt tamen hæc armis mœnia capta tuis.
Quid memorē ductas in te Franciſce cohortes, 37.
Inq́; tuum meritò tela retorta caput.
Innocuos quando Belgas, infraq́; iacentis
Bello tentaras rura propinqua Moſæ.

41. *Algeræ taceo cinctam tot claſsibus urbem,*
Nec procul à Lybico caſtra locata mari.
Iamq; ferebaris tumidis maris obrutus undis,
Factus & æquoreis piſcibus eſſe cibus:
Liliger inuaſit tua cum Duce regna Sicambro,
Perq; Brabantinos Marte uagatur agros.
Interea in mediis tua rapta carina procellis,
Tranſiit inſtabiles ſtrenua Cyaneas.
Sardiniamq; legens Buſias appellit ad oras,
Et remis fluctus occupat Hebre tuos.
Nec ratus eſt uiuum, niſi qui te uiderat, eſſe,
Paruaq; erat dictis difficiliſq; fides.
43. *Protinus ut tamen es Rheni progreſſus ad undas,*
Vtq; tuas ſenſit Iulia uicta manus:
Credidit, & trepidis retro quoq; Gallia ſignis,
Ad Rhodani undãtes ſanguine fugit aquas.
Non tamen euaſit iuſtas ibi Cæſaris iras,
44. *Ad Parriſinos uſq; ſequentis agros.*
Omnis ubiq; armis & Marti terra patebat,
Cum quo pugnares Carole nullus erat.
Moxq; triumphato, ceu numen ab hoſte rediſti,
Victrici referens bellica ſigna manu.

Hic

Hic tibi ſiſtendi ſpaciumq́; moramq́; negabant, 45.
Diſſidijs iterum tempora mota nouis.
Cum coniuratis gens nata Tuyſcone ſignis,
(Vnde ſuum tellus Teutona nomen habet)
Heu quantum aggreſsi crimē facinusq́; parabāt,
Heſſus, & ad ripas Saxones Albi tuas.
Cumq́; his unanimes in te Germania uires,
Præcipiti uulgò percita bile tulit.
Victa tibi tamen eſt, numero licet hoſtibus, atq; 46.
Pugnandi inferior commoditate fores.
Inq́; tuis nulli caſtris cecidère, nec ullus
E ueſtro cæſus milite miles erat.
Et fruſtra fugiens tua ſub iuga Saxo redactus,
Propoſiti expendit cœpta maligna ſui.
Poſt quem diffiſis ſupplex te rebus adortus,
Heſſus, tam magni ſumma caputq́; mali eſt.
Nunc tibi deterior canis aſpergitur ætas,
Et te donari iam rude tempus erat.
Præcipuè poſt tot bello res fortiter actas,
Cumq́; ferè tibi ſint luſtra peracta decem.
Aſt tua cum rebus dextra aſſuefacta gerendis, 50.
Ocia ſecuræ nulla quietis amet:
In Scythicos uictrix (ſi uera eſt fama) tyrānos,
Inq́; Aſiæ rabidum eſt rurſus itura Ducē.

Forte

Fortè etiam in toties maleſidū fulmina Gallū,
Cuduntur manibus Carole Quinte tuis.
51 *Qui celebrem nuper Parmā ſibi ſubdidit, atq;*
Fixit in Alpinis regia caſtra iugis.
Quod Deus æthereo facinus cum uidit ab axe,
Quodq́; illi concors Turcia iuncta foret:
Carole, perge, inquit, Romana potentia ſi quid
Et gens à Cadmi dicta ſorore, poteſt:
53 *Iniuſti excindes latè currentia Galli*
Regna, nec ulterius ſceptra nephanda feret.
Sic uiſum eſt ſuperis, ſatis impia dextra ſuperq́;
Regnat, flagitijs ſuccubitura ſuis.
Haud eſt iniuſtis diuturna potentia Regnis,
Creſcunt ut lapſu deteriore cadant.

¶ Ferdinandus Philippi F.

DEbemus patriæ tibi nos Ferdnande ſalutem,
Quod ſtat, debemus, culta Vienna, tibi.
Præda Getis dudum tellus Germana fuiſſet,
Diues & hoſtili Roma ſubacta manu:
A nobis Turcas niſi res tuaq́; arma probaſſent
In turpem uerti poſſe dariq́; fugam.

Dum

Quæ cum Lunigeris ſint aſſuefacta tyrannis,
Magnaq; de Scythico nomina adepta cane:
Nō dubiū eſt ſolito quin ſint de more triūphos,
Et captos nobis exhibitura Duces.
Dum ſubiecta tibi iaceant Pelopeia regna,
Verſa ſub imperium Barbare Turca tuum.
Oppreſſo quæ te ſuſpirant pectore, quæq;
Ad te captiuas dantq; feruntq; manus.
Vt ſubito arma feras preſſumq; tyrānide regnū,
In ueterem reuoces reſtituasq; locum.
Totaq; Barbarico latè regnata tyranno
Poſtulat afflictis Græcia rebus opem.
In quam ſi plenas uires cum Cæſare uertas,
Ipſa dabunt uobis hoſtica ſigna locum.
Atq; feres Latium per inhoſpita mœnia nomē,
In quibus à Scythicis aduena regnat aquis.
Qui licet extremis in te graſſetur ab Indis,
Et ſecum Parthos Armeniosq; trahat:
Miliaq; infeſtis centena bis induat armis,
Signa tamen retro uerſa timore, feret.
Tunc ſeruatorem patriæ te Europa ſequetur,
Teq; triumphatis læta reducet equis.
Donec Tarpeias conſcendas uictor in arces,
Emerita & ſummo cum Ioue ſigna loces.

¶ Philippus II. Caroli V. F.

AB Ioue progenies & origo uetuſta parentum,
Nuncia uirtutis certa Philippe tuæ eſt.
Imperij ſeriem faſtoſq́; euolue Quiritum,
Quotq́; habuit fœlix Auſonis ora Duces:
Habſpurgi inuenies generis non parua fuiſſe
Lumina, & Auſtriacæ ſydera magna domus.
Carolus Imperij qui nunc moderatur habenas,
Et ſocium ſummo cum Ioue nomen habet:
Aſpice quàm latè regnet terraq́; mariq́;,
Quotq́; potens habeat ſub pede regna ſuo.
Sol oriens, ſol occiduus, polus, auſter, & arctos,
Quotq́; ferè gentes maximus orbis habet:
Illius extollunt Auguſta laude triumphos,
Illius & titulos ultima Bactra canunt.
Tu quoque, non dubito, tali de ſanguine cretus
Adijcies generi nomina magna tuoi.
Atque audax tanti genitoris imagine, linques
A tergo Herculei ſigna ſuperba freti
Quáq́; ieris, fœlix adiectum plauſibus omen,
Barbara ſub leges regna uocata dabunt.
Gẽs ſub Hyperboreo ꝓcul axe remota, uetusq́;
A Belgis olim nomen adepta, iacet.

Quàm

Quàm primùm fertur belloq́; armiſq́; petiſſe
Cæſar, & Auſonio ſuppoſuiſſe iugo.
Cum Rhenus Latio ſubmiſit cornua,cumq́;
Quaſſa decennali Gallia Marte fuit.
Gens ea,gens faſces nuper tibi tradidit,atque
Arbitrij facta eſt Imperijq́; tui.
Inq́; Numantinis regnat tua dextera terris,
Quàm latè obſtreperũ flumẽ oberrat Anas.
Et Pario tullus ea quæ modo marmore abundat
Accola quæ Tuſcæ flumina potat aquæ.
Quæq́; Atlantiaco cernũtur in æquore Gades,
Et gens quæ fundis miſsile torquet onus.
Imperij ſubiêre tui iuga,iamq́; carinis,
Ipſa tibi largas mittit Ebuſus opes.
Viue diu toto maior uirtutibus orbe,
Curaq́; ſit ſuperis magne Philippe tui.

¶ Maximilianus II. Ferdinandi F

OPtimè in Occiduis feciſti Maxime terris,
Nominis auſpicium principiumq́; tui.
Inq́; illa uires regnandi ſede probaſti,
Quàm Tagus auriferis irrigat amnis aquis.

Rectius ut poſsis magnas Orientis habenas,
Et graue terrarum ſumere Cæſar onus.
Nam ſi uera canunt ueterum præſagia uatum,
Fortunentq; omen numina, Cæſar eris.
Et patrui Latia ſucceſſor in arce ſedebis,
Diuina capiens frena regenda manu.
Atq; tibi Auſtriacos inter Latiosq; Monarchas
Primus erit nullo non tribuente locus.
Terra ſub Herciniæ iacet abdita culmine ſyluæ
Quam medius rapidis perſecat Albis aquis,
Diues opum, & belli ſtudijs aſperrima, ſæpe
Quam fruſtra Auſonij bello adiêre Duces:
Hæc ſubiecta tuæ nomen Regale coronæ
Contulit, & uiuo ſceptra parente dedit.
Vt regnum auſpicijs paribus cũ patre teneres,
Néue olim hæc certo gens ſine rege foret.
Mox quoque regalem, ſi uera eſt fama, coronam
Imponet capiti Pannonis ora tuo.
Barbarus aſsiduis quã Turca tumultibus implet,
Quæq; ferè Scythico eſt tota ſubacta iugo.
Expectat nullum, niſi te, quo uindice tandem
Excutiat duri frena ſuperba Getæ.
Progredere, & cœptis animum fœlicibus adde,
Implebunt uires publica uota tuas.

Sic famam tanto dignam genitore, tuoq;
Æmilio maius nomen habebis auo.
Qui licet humanos ſuperarit nomine laudes,
Fama tamen maior Carole Quinte tua eſt.
Huic modo ſi facies ut ſis uirtute ſecundus,
Sit licet hæc rerum meta ſuprema tibi.
Non uacat, ulterius ſi pergas, fama periclo,
Nacta ſemel ſummum, res petit ima, locum.

¶ Ferdinandus II. Ferdinandi F.

STrenuus hic, frugiq; olim, nec inutilis armis,
Nec malus ad duri prælia Martis erit.
Hoſtibus & nullis non formidandus, habebit
Latè uictrici cognita ſceptra manu.
Auſoniasq; ſuo cum fratre tuebitur oras,
Atq; Mycœnæis finibus horror erit.
Machina uix uni poſſet tam magna ſubeſſe
Quam tuus hic tecum Carole frater habet.
Hanc unà accipiet frater cum fratre tuendam,
Subq; ſuum ducent Barbara colla iugum.
Et magnos de te referēt Solymāne triumphos,
Quo lateas toto uix erit orbe locus.

Ante pharetratis fugiens urgebere Perſis,
A tergo Auſtriacus bella mouebit eques.
Nec tibi tunc Scythicas adducet Thracia uires,
Tuq; datam toties Memphi negabis opem.
Haud dubiè hoc uotum te Ferdinande ſequetur,
Parsq; Europei quondam eris Imperij.
Et tibi, qua mollis blanditur Ionia Cedro,
Pactoli auriferis ſeruiet unda uadis.
Sic ſint perpetuo, quid enim fœlicius optem,
Ferdnande auſpicijs fata benigna tuis.

¶ Carolus II. Ferdjnandi I.F.

AVſtria ſeſe iſto longe plus iactat alumno,
Quàm diues ſomno Gnoſia terra Ioue.
Cuius adhuc prima ſurgens ætate iuuenta,
Promittit magnum Marte togaq; Ducem.
Quiq; animum Muſis ſtudijsq; cadentibus olim
Calcar & ingenijs carminibusq; dabit.
Viq; det, hunc ſeruet Parcæ, multámque ſenectam,
Producant niuea fata benigna manu.

Carolus

Carolus undenis nondum puto uixerat annis,
Cùm liber autoris exijt iſte manum.
Tempore quo Parmã Gallus ſibi ſubdidit, atq;
Fixit in Alpinis regia caſtra iugis.

¶ Iohannes Ferdinandi I. F.

HVnc ſi ſeruaſſent ſuperi, ſceptra illà teneret,
Æmilius quæ nunc frater adultus habet.
Aſt importuna fatorum lege coactus,
Vix benè conſpecto clauſit in orbe diem.

¶ Carolus III. Philippi II. F.

CArole in Occiduis olim regnabis Iberis,
Cùm tibi præbuerint fata paterna locum.
Forſitan & magni poſt hæc Orientis habenas,
Quæq; auus & proaui ſceptra habuêre feres,
Creſce puer magna ſublimis origene, creſce
Atq; animum ſceptris Imperioq; para.
Non dubiũ eſt, ſi non fueris caput orbis, at olim
Non eſt ulla tibi terra habitura parem.

¶ Ferdinandus III. Maximiliani II. F.

CÆdat Achilleo cretus de ſanguine Pyrrhus,
Et genita è ſummo pectora magna Ioue.
Maiores portāt longe hæc puto ſecula Reges,
Prætereuntq; illos tempora noſtra Duces.
Præcipuè Habſpurgi quos ſtirps ab origine duxit
Et quorū hoc cernis nomina clauſa libro.
Quæ Ramus primis ſcripſit uernantibus annis,
Illo quo puer hic tempore natus erat.
Ter centum atq; decē luſtris cum ſole peractis,
Cumq; anni medium penè ſequentis erat.

SECVNDI LIBRI FINIS.

GENEROSO, DO-
CTO, AC BONÆ SPEI IV-
*ueni Laurentio Ducio Domino Hq-
bocano, Dinaſtæ Creeube-
kano, Comiti Palatino.
Io. Ramus. S.*

CVm annis ſuperioribus in Ger-
mania nouos quotidie verſifi-
catores magno faſtu prodeun-
tes viderem, plurimum me mei pœnitere
cœpit, qui deberem poëtas etiam inertiſ-
ſimos ꝓ optimis adorare, & verſus qua-
leſcunq; blandientibus ſibi ſui admirati
one autoribus commendare. Intermiſſis
itaq; nonnihil veteribus ſtudijs totũ eo
me verti, donec leuibus aliquot experi-
mentis tentaſſem, num ad id quoq; ſtudij
genus opportunum foret ingenium. qđ
quo feci frequentius, hoc minus graue &
difficile onus mihi viſa eſt eſſe poëtica:
vſque adeò vt tandem deſerto Iuſtinia-
no Muſas frequenter in ſecreta & ſolitu
dines mecum abducerem, & cũ illis in-
genij mei primitias communicarem, ra-
tus fore, vt aliquando ſcripta noſtra do-
ctis auribus placitura eſſent, ſi perpetuò
ad iſtam

ad iſtam limam cenſuramq́; confugerẽ: quod cum integro ferè anno feciſſem, atque modo aliquis mihi in carmine viderer, cœpi paulatim ad altiora contendere, & pubeſcentes Elegos in Heroica argumenta, & res à Principibus geſtas introducere : quæ audacia nec ipſa ſucceſſu caruit, niſi falſò mihi blandiantur amici, qui ſe noſtris capi mediocriter & delectari ſimulant. Atq; ita quo diutius illis rebus immoratus ſum, hoc mihi ſapidiores quotidie factæ ſunt. Admonitus tamen ab amicis vt ingenium illinc mature abſtraherẽ, priuſquã ἀμεταστρέπτως ab importunis illis Sirenibus occuparetur, libenter obſecutus ſum, tum quod in eo ſtudio (ſi ibi hærerem) nihil eſſet quod in Remp. magno fructu conferre poſſem, tum etiã quod hoc ſeculo veteris illius Germanæq; poëtices ſolidam & expreſſam effigiem nullam teneamus, ac tantũ vmbris imaginibusq́ue contenti, neſcio quanto plus omnibus omnium veterum poëtarũ ingenijs ferociamus: quibus vitijs offenſus ad Iuris ſtudium & Oratoriam reſilui, quorum vtrumque ſine altero futile eſt & infructuoſum. Sed quia difficile eſt ilico ab anguſtijs poëticis ad

liber-

libertatem ſolutæ orationis(quæ maxima diſtantia eſt)tranſilire,alijs compendijs vtendum putaui,donec deſuetudine ſcrupuloſam illam numerorum œconomiam dediſcerem, & Iuris initijs dicendique facultati ingenium aſſueſacerem. ad quam rem peropportuna mihi viſa eſt hiſtoria, liberrimum ex omnibus ſcribendi genus, in quo vt attentius & circunſpectius verſarer,admonuit me Nicolai Secundini de rebus Turcicis compendium, cuius editionem amicis quibuſdã pollicitus cœpi cogitare aut adijciendum eſſe quod deſiderabatur, aut omnino non edendum : ſed quia omnia prius expediat, q̃ fidem laborare, ilico vt facta pollicitis, quę cuiq; debeat eſſe ſanctiſſima,reſpõderent,eandem hiſtoriã vbi alter deſtitit excepi,&quicquid à capta vſque Conſtantinopoli inTurcarum Imperio patratum eſt,rudi ſimplicíq; dictione annotaui, vt facile quiuis intelligat à Turcarum victorijs,quę noſtris calamitatibus & detrimẽtis illuſtres ſunt, affectum eloquentiæ & dicendi voluntatem abfuiſſe. Qua in re præcipue eorum fidem ſecutus ſum, qui ex Pannonibus oriundi, ea ferè quæ ſcribimus

aut

aut ipſi viderunt, aut à maioribus accepêre. Ipſe quoque Secundinus, omnibus quotquot hactenus à centeſimo ferè anno aliquid de hac familia ediderunt, primus ſcribendi rudimenta fecit. Et vt illud quo ipſe vixit ſeculum ſimplex erat, accuratum tamen & diligens, longeque à noſtri temporis oſtẽtatione diuerſum, ita ex propoſito totus in hoc fuiſſe videtur, vt ea quę aut ipſe, aut maiores ſui in Aſia viderant, quàm ſimpliciſſimè annotaret: néue vſquã nimia ſermonis & elegantiæ cura (quàm puriſſimè vbique tenuit) à vero abduceretur. Scripſit autẽ paulò poſt captã Conſtantinopolin, vbi diu in magno honore à Patriarcha habitus, incorruptiſſimè vixerat. Natione quidem Græcus, verùm non contentus patrijs artibus, Latina tam exactè didicit, vt ſub Eugenio quarto Florentię, vbi Græcis concilium indictum erat, argumenta ſuorum & noſtra inuicem vtriſq; tum Græcè, tum Latinè commodiſſimè interpretaretur. Cuius Epitome de rebus Turcicis ab Otthomanno vſque ad captam Conſtantinopolin, vnà cum noſtro auctario, illinc vſque ad noſtra tempora, tibi Adoleſcens ornatiſſime volui

dedica

dedicare, vt ſemel tandem intelligeres, quanti paſſim tuum patrem virum optimum celeberrimúmque, quanti te tam magni viri filium, tamque honeſtis & commodis moribus formatum adoleſcētem faciamus:eoque magis,vt cùm optimam tui opinionem iampridem apud omnes excitaueris, ſtrenuè operam des, vt eam ſuſtineas & tuearis. Quod certè omnino facturus es,ſi non ſit fallax iudicium,quod è cuiuſque indole & natura proficiſcitur. Nam qui poſſes(queſo)moribus eſſe non elegātiſſimis, aut ingenio bonis artibus non deditiſſimo, cui domi tam doctus & grauis aſſidet admonitor,vt ferè nihil ſit quod non poſſis ex eius conſuetudine melius quàm ſedula quorundam aliorum opera ſtudioq; percipere : vt interim de illis nihil dicam, quæ alioqui maximá ſunt ad diſcendam virtutem adiumenta, nempe honeſtiſſima optimorum maiorum tuorum exempla, parentum pietas & induſtria,aliaq; id genus infinita,quibus veſtra vndique abundat familia,quę tibi etiamnum imitanda proponerē, niſi te tua ſponte ſatis incitatum eſſe viderē.Macte igitur adoleſcens clariſſime,non te pœniteat caſtiſ

ſimis

ſimis ſtudijs, in quibus magnos iam progreſſus feciſti, animũ adieciſſe, quæ multa tibi ad omnem fortunam, cum opus erit, remedia ſuppeditabunt, & prȩcipue hiſtoriarum lectio, quæ præterquã quod ad multa vtilis ſit, ſolet etiam plurimum voluptatis & dilectationis afferre.

Vale Laurenti clariſſime, & quoties hoc opus tibi dedicatum eſſe recordaberis, cogita nõ temerè, nec ſine Muſarum conſilio factum eſſe, quæ te, & ſi non loquantur, admonent tamẽ vt ne vnquã ab inceptis ſtudijs, & decurſo in literaria arena ſpacio retrocedas. Iterum vale. Louanij ipſis nonis Aprilis.

Anno 1553.

RERVM TVRCICArum Liber primus.

NICOLAO SECVNdino Autore.

TVrcarũ gens ab annis ſexcentis & ſuprà, à Scythicis (qui trans Tanaim Aſiam verſus, nulla ſtabili ſede, nullis vrbibus, nullis certis aut perpetuis domicilijs, campos patentes vagè paſſimq; incolere ſoliti ſunt) originẽ traxit, & veluti riuulus quidã è fonte inde emanaſſe videtur. Huic argumento eſſe poteſt, quòd primò per Pontũ & Cappadociam trãſgreſſi ad reliquas inde finitimas partes, ſenſim illapſi ſunt: Accedit vitę morũq; ſimilitudo, habitus cultusque corporis, equitandi ſagittandiq; ratio, & omninò rei militaris cõmunis quædam & patria diſciplina, & quod ſine vlla dubitatione

cuiq;

cuique probari poſſit, linguæ ipſius ac vſus loquẽdi cognatio. Hi parua manu imò latronum more, clandeſtinis quibuſdam excurſionibus, vires ſibi vendicare conati, confluente ſubinde, vt fit, huiuſcemodi generis hominum, multitudine, occupatis opportunis quibuſdã montibus clauſtriſque, vnde per occaſionem facilè irruptiones fieri poſſent, vſq; adeò emerſerunt ac ſublati ſunt animis, vt palàm iam ac pari Marte aduerſus finitimos de agrorum poſſeſſionibus certare non vererentur. Denique procedente tẽpore: ſiue negligentia Græcorum, quorum de re agebatur, ſiue fatali quadam neceſſitate ac rerum humanarum varietate, ſiue permiſſu Deorum iam aliter de huiuſmodi imperio præſcribentium: ita celeri ſuccreuêre curſu, vt opinione omnium citius nõ modò Pontum & Cappadociam, verùm etiam Galatiam Bythiniam, Pamphyliam, Perſiam, vtramque Phrygiam, Cilices, Cares, & eã Aſiam, quæ minor vocatur, ad oras vſque Ioniæ, & littora Græci nuncupati maris occuparint, & in ſuam poteſtatem redegerint: nec vnum quendam Principem, ſed alios alij duces, & varia auſpi-

cia

cia, quaſi per factiones ſecuti. Ex hac itaque gēte quinquageſimum ab hinc & cēteſimum circiter annum, Otthomanus quidam exigui tantum cenſus, & obſcuri inter priuatos hominis, ex collectio quodā & gregario milite, nō exigua manu propter ſeditionem conflata, graſſari paſſim, & quo vaſtare poſſet, prædabundus inuadere, neq; reliquos Christianos ſolùm vexare atq; proſternere, verùm etiam homines ipſos ſuę gētis ſine vllo diſcrimine armis infeſtis petere, & qua daretur populari, & ſibi ſubdere occœpit. Iam enim Turcarum ipſi Duces ac principes dominandi cupiditate, & plura habendi libidine commoti, ſeſe inuicem infeſtare cœperunt, & eo vſq; ſuperandi ſtudio, ac vires hoſtiliter exercendi promoti ſunt, vt bellum domeſticum inteſtinumq; omnibus viribus gerere viderentur. Hanc Otthomanus ille nactus occaſionē quæ moribus vtique & libidini ſuæ congrueret, ac idoneam videretur poſſe ſuppeditare materiam, aſcitis vndique omnibus, qui pro ingenio prædæ rapinarumq; percupidi eſſent, quiue ſtudiō quouis opprimendi ſpoliandique flagrarent, authoritatem breui adeptus eſt. *Otthomanus*

Oppida quædam per opportunitatem aggreſſus: alia, vi cepit: alia, deditione ſubegit, nonnulla (vt metum incuteret) diripuit atq; euertit, vt hinc futuri incrementi non admodū aſpernanda ieciſſe videretur fundamenta. Et cùm è vita

Orchanes. deceſſiſſet, Orchanes ſucceſſit filius, qui ambitione & audacia patri nō erat abſimilis, cæterùm rei militaris diſciplina longè peritior, copijs apparatuq; opulentior & inſtructior: nam liberalitate animi, facilitate morū, dexteritate quadam ingenij, fœlicitate benè probeq; imperandi, commoditatis opinione, ingentem ſibi vndique multitudinem comparauit, quorū animos ſemel ad ſequendum allectos atque conciliatos, populari deinceps facilitate quadam, comitate, conſuetudine atq; largitionibus mirum in modum in officio retinebat: quo factum eſt, vt rem inchoatā à patre ſuapte ipſe induſtria, diligentia, ſtudio, cura, prudentia, commodè proſecutus auxerit & longe euexerit ac propagarit.

Amurathes. Eum mortuum Amurathes filius ſecutus eſt, vir ſanè robore animi, laborum tolerantia, diſciplina rei militaris, induſtria & ambitione ſuperioribus haud inferior. Porrò

vafri

vafritie quadam & calliditate longè ſuperior: quippe qui ſimulandi diſſimulandiq; egregius eſſet artifex, & fallendi magiſter. Forte ea tempeſtate inter Græcos ingens erat orta diſſentio, & inteſtinæ acriter agitabātur diſcordiæ. Duo enim fuêre, qui tāetſi diuerſis autoribus procreati ortiq; eſſent, vterque tamē ea ſtirpe ſe natum aſſerebat, vt ad ſe ius imperij ſpectare & ſibi competere affirmaret. Horum vtrunque cæteri pro ſuo quiſq; ſtudio & amore ſecuti, pugnaciter dimicabant: tum alter quòd ſe victum ſuperatumq; iri arbitraretur, temeritati & ſtudio ſuo obſecutus (adeò enim vlciſcendi libidine cæcus, in pręceps, tranſuerſuſq; viſus eſt agitari, vt honeſtè ne & ex re ſua, an ſecus id faceret, minimè cogitaret) Amurathem ad partes ſuas tutandas, pretio pollicitationeq; facilè illectū ex Aſia accerſiuit: neq; enim magni fuit negotij ei perſuadere, qui ſponte ſua ad hoc pronior iam diu inhiaret, totoq; pectore propenderet. Hunc itaq; & copias eius maturè in Thraciā per Helleſpontū traduxit ea conditione, vt conſummatò perfectoq; bello, nauigio rurſus domum per Helleſpontum reuerteretur: hoc pa-

ᵭo Turcarum gens Amurathe principe, Græcorum ductu & opera in Thraciam ex Aſia tum armis traiecit: ſed quid ſibi poſſet conducere, animo voluere, ſagaciterq; longè proſpicere, conſulto bellum protrahere, & in dies cauſando differre & procraſtinare cœpit, ratus hinc fore, vt Græcorum viribus diuturnitate belli, & diſcordiarum atrocitate vtrinque conſumptis eneruatisq;, ipſe integer fractos iam & defeſſos illos adortus facilè opprimeret. Vbi igitur diuturno bello mutuisq; contentionibus deficere Græcos animaduertit, domeſticis deniq; opibus penitus iam exhauſtis nutare, & ſibi parum ſubſiſtere ſenſit, extēplò verſis (vt aiunt) proris, arma in eos ſine vllo diſcrimine per occaſionem conuertit. Occupato autem Calliopoli oppido, peropportunè in Cherſoneſo ad Helleſpontum fretū ſita, cætera Græca oppida armis infeſtis petere, agros vaſtare, prædam agere, cunctà paſſim inuadere, nec iam amplius diſſimulanter rem gerere, ſed palàm ſibi & poſteris Græcorum imperium polliceri, & ad occupandum omnes cogitationes, conſilia, opes, & neruos intendere. Hinc effectum eſt, vt nullis fermè obſiſtere au-
dentibus

dentibus, facilè & ſine vllo negocio magnã Thraciæ partem ditioni ſuę ſubjecerit. Is vita defunctus, duos reliquit filios ad capeſſendam rerum adminiſtrationem, patriæque expeditionis reliquias exequendas, tum ætate, tum diſciplina & ingenio peridoneos: quorum alteri Solmanus, alteri Baiazetes nomen erat. At Solmano extincto, res vniuerſa ad Baiazetem venit, qui procaci fuit ingenio, & rerum maximarum percupidus, in rebus arduis capeſſendis audax, in aduerſis ſolers, in laboribus perferendis infatigabilis, in occaſionibus proſpiciendis acutus & ſagax, in exequendis celer, animo fortis, corpore ſtrennuus, belli appetens, quietis impatiens, gloriæ auidus, in periculis obeundis promptus, in hoſtibus falleudis mirè verſutus, In dolis inſtruendis, & hoſtę inſidijs opprimendo percallidus: contrà in hiſce præſagiendis euitandisque, ac hoſtium conſilijs præuertendis cautus ac prouidus. In omni renouanda præſentia animi, laborum, tolerãtia, vſu, exercitatione, conſilio mirificè inſtructus, atq; imperio natus, hoc ingenio, hac diſciplina, hoc vſu, his moribus, proſperos præ-

Solmanus.

Baiazetes.

terea fortunæ afflatus adeptus, vſque adeò nouelli regni fines breui temporis ſpacio produxit & extulit, vt Thraciam vniuerſam, Theſſaliam, Macedoniam, Phociden, Bœotiam, Atticam occuparit, & ſui iuris fecerit, Myſios quoque, Illyricos, Tryballos, aſſiduis excurſionibus, oppugnationibus, ac prælijs deiecerit atque infirmarit, & alios quidem ſubegerit, alijs tributa quotannis exigẽda indixerit, nonnullos, vt ad præſcriptum milites & arma darent, coëgerit, & tot tantasq; opulentas prouincias patrio & auito regno adiecerit. Bizantium denique vrbem regiam adeò omni ägro, ſuburbanisq; delicijs ſpoliauit, tã lõga & perdifficili obſidione vexauit, vt iam Imperator ipſe cum omnibus fermè ciuitatis Principibus auxilia fidelium emendicaturus, profectus peregrè in Italiam, & vſque in ſuperiorem Galliam acceſſerit. Reliqui verò ciues omni præſidio deſtituti, fame valida ſupra modum vrgente, & bello atrociſſimo indies acrius ingruẽte, & hoſtibus vndiq; fremẽtibus, deſperata ſalute, de deditiõe agere cœperunt, periſſentq; nimirum, ac in hoſtis ſæuiſſimi poteſtatem veniſſent, ni

Tamerlanus ille Scytharum præpotens rerum, inſtar torrentis ipſo incurſu ac impetu cuncta proſternendo atq; vaſtando Bajazetem ipſum omni apparatu & copijs occurrere, & reluctari conantem, in Aſiam reuocaſſet, vbi inſtructa acie, collatis ſignis celeberrima illa pugna vtrinq; fortiter dimicatum eſt. At Baiazetes ipſe impar profectò viribus, & ſi animus minus deerat, infœliciter præliatus eſt, ingenti ſtrage ſuperatus, captus, tandem dimiſſus, paulò poſt, diem obijt, Poſt hanc cladem acceptam omnes penè filij eius, qui complures erant, in poteſtatem & manus Græcorum venêre. Cum enim ex Aſia ob calamitatem patris, periculum euaſuri, in Thraciam traijcere contenderent, in naues Grecorum inciderunt, quibus tum fretum & tranſitū cuſtodiebant. Calepinus itaq; cæteris natu maior, emiſſus à Græcis patrium regnum obtinuit: aduerſus quem rebus iam Turcarum caſſatis ac penè fractis, Sigiſmundus inclytus eo tempore Pannoniæ ſuperioris Rex, poſt verò diademate & corona pro more à Pontifice maximo inſignitus Imperator, ingenti conflato exercitu, Danubium amnem traiecit, vq *Calepinus.*

tum priuſquàm vniuerſis copijs inſtructa ex ordine acie, ſignis collatis cum hoſte iam pauitante prælium iniretur, leuitate petulantiaque Gallorum, & præripiédæ pugnę inſolẽti cupiditate, tumultuoſe fuſus caſtra & impedimẽta reliquit; & hoſtibus acriter inſequentibus in fugam conuerſus, vix per Danubium lachrymãda rei Chriſtianæ calamitate paruo nauigio turpem ſibi ſalutem inuenit. Hæc tam ingens clades, tam grandis nota, tã tetra ignominia, magnas profectò vires & ingẽs robur hoſtiũ animis viſa eſt addidiſſe, & hinc inſtauratis viribus, audaciores efficacioreſque effecti, ad maiora patranda induxerunt animum. Calepino poſthæc mortuo, Orchane filio tenella ætate adoleſcentulo quorundam principum ductu, regnum occupare conanti Moyſes patruus armis infeſtis ad Hebrũ fluuium occurrit, & magis proditione, quàm pugna adoleſcentẽ oppreſſum extinxit. Haud multò pòſt, & ipſe nullo ſuperſtite filio deſideratus eſt. Hunc Mahumetes frater ſubſequitur, regnum incruentè adeptus. Is tum armis & diligẽtia, tum dolo & aſtu regnũ terra mariq; nõ modò incolume tenuit, verùm etiam auxit

Orchanes. *Moyſes.* *Mahumetus*

auxit vehementer. Flaccijs ferociſsimis & bellicoſiſſimis gētibus trans Danubium, verſus mare Euxinum latè dominātibus, bello pri⁹ & crebris iucurſionibus labefactatis atque attritis, tributa grauia imperauit, nōnullos Regulos Turcos, in Aſia vi armisque oppreſſos regnis penitùs ſpoliauit. Eo exinde mortuo, Amurathem filium, qui per id tempus in Aſiā morabatur, cum patris audita morte per Helleſpontum in Thraciam traijcere conaretur, reliquū regnum occupaturus, Imperator Grçcorū triremibus, & maritimo apparatu diu prohibuit. Muſtapham quoq; reliquū ex Baiazete filiū, vt eorum potiretur, emiſit, & ſumma opeeū proſecutus eſt. At pugna ſuperato Muſtapha, ac interempto, Amurathes victor, vniuerſum regnū iam cōſecutus, patrijs fretus opibus, Fortuna quoque propicia vſus omnia incepta eius mirificè ſecundante, clara facinora edidit. Theſſalonicām illuſtrē Græciæ ciuitatē, antiquitatē, amplitudine, autoritate, pulchritudine, amenitate, religione, opibus, opportunitate ſitus, tum terra, tum mari, celebritate populi, prçſtantia, dignitateq; ciuium imprimis inſignem, vi captam, op-

Amurathes.

pugna-

pugnatamque penitus diripuit, Templa pulcherrima & ditiſſima expilauit, ſacra prophanauit, opes ornamentaq; peranti qua exhauſit. Hac tantæ vrbis victoria auctus, Epirum & Ætoliam non obſcuras prouincias in deditionẽ ſuã redegit, & reliquo regno addidit. Illyriorũ agros vaſtauit, oppida multa vi cepit & expugnauit, alia in deditionẽ compulit, quędam funditus euertit. Tribalos penè ſubegit aduerſus Pannonios (quos noſtra ætate Hungaros vocant) ſæpe acie inſtructa cõflixit, & dum primis copiarũ congreſſibus facilè victus ipſe videretur & fuſus, quo pacto neſcio, victor demùm euadere poterat in calamitoſa illa Varnẽſi pugna, Rege inclyto Ladiſlao Chriſtianum ducente exercitum, fuſæ prius fugato Amurathe ſunt copię, ne primum quidem Hungarorum impetum ſuſtinere potuerunt: vbi verò Rex ipſe caſtra & Amurathis iam exercitum nõ regno modò, ſed vitæ quoque ipſi timentem Optimatum ac Procerum agmẽ mouens, vtpote victor, inuadere penitusq; opprimere perrexit, damno ſui capitis & Chriſtianæ rei ingẽti iactura & vulnere, manu ipſe hoſtili oppreſſus & interemptus eſt.

Victis iam debellatisq; hoſtibus, neq; ſibi vllam futuram ſalutem ſperantibus, improuiſam & illuſtrem victoriam præbuit. Pauló pòſt Amurathes Corinthiacũ Iſthmum ſumma vi penitus expugnauit & diruit. Pelopõneſum inde ingreſſus ingentem ac deteſtabilé calamitaté Grȩcis inuexit, oppida multa cepit, conceſſitq; militi diripienda, prædam maximã egit, muros Iſthmi funditus demolitus ingreſſum patefecit, & Pelopõneſũ ipſam peninſulam terreſtribus copijs illac inuadendam peruiam fecit: proinde Græcis vix tolerãdam pecuniam imperauit, paciſque conditiones illis ex ſententia præſcripſit: demum inde reuerſus, nauales copias & maritimos apparatus exauxit, domeſticum cultum, & regiam ſupellectilem ampliorem latioremq; reddidit vita deniq; defunctus, ſubditis atq; genti pertriſte ſui deſiderium reliquit. Mahumetus ſubinde filius, qui in præſentia rerum potitur, gubernacula imperij ex voto adeptus, inſtituta totius regni pro ingenio correxit. Leges ipſe ſuas domi foriſq; attulit, ærarium locupletauit, noua vectigalia excogitauit, copias auxit. In Proceres & Aulicos ſæuire contume-

Mahumetus

liariq;

liariſque cœpit, expeditionem aduerſus Conſtantinopolin diu animo voluens caſtellum iuxta littus ad Oſtium Boſphori paulò ab vrbe remotius, aliud ſimulans, incredibili celeritate extruxit, atque muniuit. Bellum inde vrbi non indixit, ſed contra inita fœdera, contra iuſiurandum, ſimul atque intulit & gerere cœpit. Innumeris demùm penè coactis vndique copijs, mirabili apparatu, formidoloſo animi impetu, terra marique aggreſſus eam cuniculis, ac latentibus foſſis altiſſimè actis, aggere latè edito; ponte (quia mare, verſus Peram oppidum, muros alluit vrbis) longitudine ad duo milia paſſuum raptim extructo, turribus ligneis eò vſque erectis, vt muros vrbis qui altiſſimi erant, excederent: machinarum tormentorumque multiplici adhibito genere, poſt quartũ & quinquageſimum diem ſumma vi & extrema pugna cepit, penitusq; diripuit, Imperatore ipſo ingreſſu hoſtium confoſſo atq; extincto Principes Optimatesq́s captos crudelis & ſanguinarius carnifex fœde miſereque iuglari iuſſit. Quis ſatis pro dignitate tantæ vrbis caſum, tantopere deflendam calamitatem, tot tantaſque

quæ ab hoſte rabido in ſacra atque prophana, in viros ac mulieres per immanitatem ac ſcelus paſſim patrata facinora vel memorare verbis, vel lachrymis proſequi, vel oratione complecti queat? Peram ſubinde illuſtre è regione vrbis oppoſitæ ſitum oppidum oppulentiſſimum,& claram Ianuentium Coloniam, tantæ vrbis cladæ tam improuiſa calamitate, tam vicino excidio territam & deiectam per deditionem cepit, eiusque demolitus pulcherrimos muros, templa ſpoliari, ſancta violari, reliquum ornatum ciuitati adimi, ciues alioqui tetrè & indignè vexari permiſit. Quibus ad hãc diẽ, pròh ſcelus nequiter ac nephariè dominatur, hac fœlicitate, hoc proſpero rerum curſu vehemẽter elatus, magna aduerſus Chriſtianos moliri videtur, magna verſare animo, formidanda minari, nefanda appetere, permagna deniq; ſibi, & genti ſuæ promittere non verebitur, ſuęque audaciæ & impotenti cupiditati, niſi Chriſtiani noſtri peculiari, & domeſtica grauitate, autoritate illuſtri, ſingulari prudentia, freti armis, conſilio, opibus terra mariq́ue præproperè occurrere animum induxerint, vehementer vtique

dubitan-

dubitandum eſt,& rebus(horret animus dicere)timendũ ſummopere. Quid enim per immortalē Deum non aſſequetur dominãdi libidine, & ambitione inflatus iuuenis glorię & nouarum rerum percupidus animus,fortuna,armis,opibus domeſticis,& quidem non facilè contẽnendis fretus,ſi ignauos inſuper,ſi inertes,ſopori & deſidiæ deditos,ſi ſaluti ſuæ minus proſpicientes hoſtes offenderit?Quid enim nõ fuerit facilè aggredi & ſine magno negocio vincere,penitusq; opprimere,nemine repugnante? Sed de his hactenus,neq; enim de iſtis mihi diſſerendum propoſui,& ſatis ſuperq; iam à pleriſque grauiter & prudenter oratum eſt.Quotidie enim hac de re pulcherrima verba fiunt, quibus vel qui natura hebetes & languidi ſunt, excitari protinus debeãt, &ad arma præcipites haud iniuria procurrere. Verùm iam non verborum egemus,nec oratione amplius, ſed facto opus eſt.Quid enim attinet in verbis aptè ſtruendis,& expoliẽda oratione tempus nequicquam conſumere, vbi res ipſa acriter vrgere videtur,vbi circumſtrepentia hoſtis arma adeò inſtant,vt ſtimulos nobis inijcere &faces quodammodo admouere

nere debeant, quibus vehementiſſimè laceſſitis exurgere animis ad operam nauandam, ad arma capienda, ad vires exercendas, opes effundendas, vitam denique ipſam fortiter exponendam, & quibuſuis periculis obiectandã deberemus: vbi videlicet ceruicibus impendens calamitas, argutius garrire, diutius agere, verbis indulgentius inſiſtere, non permittit: vbi hoſtis ipſius acerrimum ſtudium, aſſidua meditatio, vehemensq; cupiditas, magis indies aduerſus nos moliẽtis, excogitantis, ſtruentis, fabricantis, periculi futuri nos commonefacere & ſopore altoq; ſumno preſſos expergefacere poſſet, niſi vecordes prorſus aut ſtolidi ſimus, & inſania penitùs atraque bile laboremus. Dij talem peſtem auertite terris.
EquidemPater reuerẽdiſſime, vt tibi obſequerer, & volũtati tuæ gererem morẽ, vt tuis tandem mãdatis obtemperarem, mearum partium munus exile quidem, incomptũ ac tenue fateor, & te tuisq; auribus parum dignũ; libenter tamen atq; impigrè ſum executus. Hinc itaq; facilè percipi poteſt, quàm celeri curſu, quàm breui rerum curriculo execranda & barbara iſta gens, Otthomano principe obſcuris

ſcuris peregriniſque exorta primordijs, quorſum tandẽ euaſerit, quot quantasq́; res apprehẽderit, quos teneat occupetq́;, quibus indignè ac ſpurciſſimè dominetur, quibus immineat, quò iam ire, quo ſe inſinuare impudẽtiſſimè pergat. Verùm ſi ab Otthomano domus huius authore incipere vis, his omiſſis qui nullo hęrede ſuperſtite, deceſſêre, reliquos ordine recẽſendo Orchanẽ inuenies ſecundũ, Amurathẽ maiorem, tertiũ: Baiazetẽ, quartum: Mahumetũ ſuperiorẽ, quintũ: Amurathẽ minorẽ, ſextũ: & Mahumetũ hũc poſtremũ, ſeptimum: qui vtinã & poſtremus & vltimus ſit omniũ, nẽue peſtis hæc vlterius ſerpere, neue tetra colluuiõe aut lue reliquias decoris ac pulchritudinis Chriſtianę fœdare ac inquinare poſſit. Qui vtinã cruce triumphali, viribus fideliũ ac virtute oppreſſus proſternatur & extinguatur, & vt horrendũ mõſtrum, deteſtãdum & exitiale prodigiũ, Chriſti noſtri Saluatoris & Dei veri inſuperabili auxilio tollatur funditùs, & radicitùs extirpetur. Vale ex Neapoli, 20. Iul. An. 1476.

Finis primi libri per Secundinum.

RERVM TVRCICARVM LIBER SECVNdus, Ioanne Ramo autore.

Viuo adhuc patre Amurathe, qui ſe ingraueſcente ætate quieti & religionibus dediderat, Mahumetus nondum viceſimum annum egreſſus in regno collocatur, cui⁹ omnes Magiſtratus, Pręfecturas, Procurationes, munerum functiones in quibus erat aliquid commodi [illegible] dignitatis nouis hominibus deman[illegible], & quod ei maximo malo extitit, [illegible]anis militibus ductoribusq; ordinũ e[illegible]uthoratis, omnes vbiq; ſuo beneficio dignitates teneri voluit: quanquàm aliâs funeſtiſſima ſibi regni exordia conſtituerit eodem penè momento quo pater expirabat, fratre in cunis interfecto, Regiũ id eſſe dictitans. Quod factũ cùm mater ira & dolore exacerbata reprehenderet, ille ſe maiorũ ſuorum morẽ & deorum exemplum ſecutũ reſpondit, quorum fa-

Mahumetus

„ ſtigio id maximè viſum eſſet conuenire,
„ vt non plures ſed ſinguli regnarent, ideo-
„ que ſe æmuli impatientem fratrem ſu-
„ ſtuliſſe & regnum magno diſcordiarum
metu liberaſſe. Quo ſanguine pollutus ad
Athenas veteris philoſophiæ diſciplina-
rumque omnium ſcholam abolendam
feſtinauit, in quam literarum odio tam
impotenter graſſatus eſt, vt ne fundamẽ-
ta quidem impunè ferre debere exiſtima
uerit, quòd honeſtis diſciplinis miniſte-
rium feciſſent, quæ vndique euerti defor-
mariq; præcepit, monumentis omnibus,
ſi qua reperiſſent, in cloacas & id genus
loca fœdiſſima coniectis: vt interea tace-
am, quàm turpibus commercijs quamq;
nefandis libidinibus caſtiſſimam illam
Muſarum officinam violauerit, quàm di
ris ſupplicijs honeſtiſſimos quosque &
optimos ciuium affecerit, quos tantæ ci
uitatis caſum miſerari intellexerat. Poſt-
hæc ad Conſtantinopolin (quam alij Bi-
zantium vocant) expugnandam omnes
vires ſibi conferendas ratus, ex omnibus
vndique terris regias legiones adeſſe iu-
bet, ac inſuper in agris delectu egenti-
um & perditorum habito breui tempo-
re ad trecenta hominum milia coëgit,
quibus

quibus copijs in Thraciam profectus ad Bizantium prius caſtra collocauit, quàm quid ab hoſtibus ageretur oppidani cognoſcerent, eò quòd bellum apertè non indixerat: quamuis à longè ſagacioribus quibuſdam hęc ſuboleuiſſent, qui omnem caſum in quem incidere res poterat animo proſpicientes, alij alio conceſſerant. Conſtantinus autem Imperator, neſcio an fato an negligentia minus rebus ſuis conſulens, paucis Genuenſium & Venetorum auxilijs, & loci fiducia contentus, hoſtem diebus plus minus quinquaginta ſuſtinuit ex vrbe natura & ſitu munitiſſima quæque ad ducendũ bellum multas & magnas habere videbatur opportunitates, vtpote quę hinc mari, illinc vallo foſſaque profundiſſima ad arcendum oppugnatorem ſatis ſuperque eſſet cuſtodita. Mahumetus autem rebus omnibus ad tantæ vrbis obſidionem neceſſarijs procuratis ingentes ante vrbem, qua intermiſſa à mari habet acceſſum, machinas & aggeres tanta altitudine conſtituit, vt longè ſupra muros ciuitatis eminerent. Vnde facile ſterni propugnacula & munitiones poſſent. Quod cum fieri ab hoſtibus cœptũ eſſet,

& iam lati deiectis muris introitus patērent,necnon calones repletis foſſis aſcenſoribus planiciem ſtrauiſſent, conſtanter vtrinque hinc oppugnatur, illinc defenditur ciuitas,nihil alterutra ex parte omittitur,neque conſilij,neque induſtriæ, neque audaciæ,trahitur per dies(vt ante diximus) aliquot oppugnatio,donec nocturnis ignibus cœlitus in obſeſſam ciuitatem prolapſis , rurſumq; pauló poſt vnde venerant reuolantibus Turca admoneretur, deſtitutam eſſe ſuperûm auxilio ciuitatē,& non dubiá penès ipſum victoriam , ſi obſidionem vrgeret , futuram. Ideoque cœleſtem hanc ignium ſignificationem ſecutus maiore vi, quàm antea nunquàm,oppidanos adoritur. Cæſar,contrà , ſe ſuosq; quoad Fortuna non inuidit tutatus eſt,à qua cum deſeri ſe intellexit, & perire omnino mallet,q̃ viuus in hoſtium poteſtatem incidere, abiecto paludamento regijsque inſignibus, inter gregarios pugnans interfectus eſt. quem cum ſui occubuiſſe non ignorarent alijs alia via ſalutem quærentibus , nullo ferè niſi q cũ rege hoſtibus ſe obtulerant reſiſtēte,vrbs quarto & quinquageſimo die, à quo die primum hoſtes

eam obſeſſum venerant, omnibus paſſim arma ferētibus trucidatis occupatur, capta nobilitate & Senatu, pueriſque matronis ac virginibus, in quibus aliquę libidinum illecebrę apparebant ad fœdiſſima commercia reſeruatis, omnes captæ vrbis angulos, aut Chriſtiano ſanguine funeſtos, aut turpiſſimarum voluptatum libidine deteſtabiles fecerāt. Et quotquot naturæ reuerentia ab obſequio tātorum ſcelerum abhorrere videbantur, mox pro cuiuſq; arbitrio, quibus permiſſu Mahumeti toto triduo nihil in ea ciuitate illicitum erat, ſupplicijs afficiebantur, iugulabant alios, alios verubus affixos torrebant, quoſdam detracta cute exuuijs de humero ſuſpenſis, famæ & inedia conſumi patiebantur, nonnullorū vulnera ſaliebant, vt diutiſſimè cruciatibus torquerentur. In ſumma quiſque contra alterū alijs atque alijs tormentorum generibus excogitatis contendebat, in quibus commemorādis multo prius quàm argumētum vires & verba etiam eloquentiſſimo deficiant: tam crudelibus omnia ſupplicijs impleuerant, vt tota vrbs non ſedes Imperij (vt ante) ſed vnum quaſi Chriſtianorum macellum & carnificina videretur

retur. Dumque hæc aguntur & hoſtes cadauera ex ciuitate eijcerent, inuentum & agnitum inter cætera Conſtantini corpus, cuius caput Mahumetus juſſit, vt per vniuerſam ciuitatem in haſta circumferretur, militumque conuicijs inceſſendum, deridendum, & cœno oblimandum præberetur. Et vt paulatim numerus captiuorum qui maximus erat minueretur, nunquàm à menſa diſcedebat, quin ſanguine iuxta ac vino ebrius nobilium aliquot virorũ ſupplicijs æſtuantem furore animum expleuiſſet: quòd tam diu vt fieret præcepit, donec aliquis ex nobilium captiuorum numero ſupereſſet: Erant autem (vt quidam mihi retulerunt, qui ſe id à maioribus accepiſſe dictitabant) plures q̃ trecenti, in quos (ita vt dixi) certo numero quotidie animaduertebat. Cæteros gregarijs militibus cõceſſerat, vt in eos quiſq; quibus vellet cõtumelijs & ſupplicijs graſſaretur. Cumq; apud ciues pecuniæ atque opum minus quàm ſperauerat inueniſſet, ſuſpicatus, id quod erat, abditos à potentioribus theſauros, & defoſſam in terra precioſiſſimarum rerum ſupellectilem eſſe. Quare omnibus vbique locis aperiri terram & ædifi-

ædificiorum fundaméta examinari iuſ-
ſit. Vnde cum incredibiles diuitias eruiſ
ſet: Potuit ne,inquit, hic locus vnq̃ ſine
præſidio aut cuſtodibus eſſe, qui tot opi-
bus & rerũ omniũ copia abundaret? Sed
ne rem omnium indigniſſimá & Chriſtia-
nis auribus teterrimam prętermittá, tẽ-
plum Sophiæ auguſtiſſimum, Iuſtiniani
Cæſaris monumentum omni ſacra ſupel
lectile ſpoliauit, & Chriſti crucifixi ima-
ginem, addito in fronte titulo: Hic eſt
Criſtianorũ Deus, militũ ſuorum conui-
cijs obiecit, & per pręconẽ pręeũte tym
pano exercitui conſpuendam,omniq́; cõ
tumeliarum genere afficiendam propina
uit.Quæ iniuria cum in autorem noſtræ
profeſſionis atq; adeo totius orbis cõdi
torem dirigatur,videát queſo Chriſtiani
principes an non eam pro ſua ducere &
velut ad ſe pertinẽté ſuſcipire cõueniat?
Sed hæc aliâs,ne à ꝓpoſito abducamur.
Eſt oppidũ quoddam anguſto tantũ ma-
ris ſinu,qui portũ in medio vtriq; ciuita
ti efficit,à Cõſtátinopoli diuiſum,cui Pe-
ræ nomẽ eſt. Quo cũ fama perlatũ eſt ca-
ptá eſſe Imperij arcẽ,& micantẽ incẽdio
ciuitatẽ emin⁹cõſpexiſsẽt,primores ilicò
ad Mahumetũ legatos mittũt, q doceát,

« neque à ſe auxilia Bizantijs miſſa, neque
« ſe infeſtos peregrino exercitui feciſſe,
« quare petunt atque orant, vt ſe in dedi-
« tionem recipiat, & vt ſibi parcat, ne com
« muni eius regionis odio nocentes cum
innocentibus pœnas pendant. Mahume-
tus & ſi non ignoraret timore perculſos
ad deditionem venire, & nocituros, ſi po
tuiſſent, fuiſſe: legatorum ſupplicatio-
nem, vt tum uidebatur, recepit. Verùm
cum ab eis intra mœnia miſſus à Mahu-
meto legatus introduceretur, exercitum
ſubſequi, & vnà ſecum introire ciuita-
tem voluit, quod & ſi ſuſpectum eſſet ci-
uibus, nihil tamen auſi contrahiſcere,
permiſerũt. Quo facto, ſuis indicium de-
dit vt mandata exequerentur, tum vno
oẽs impetu aliàs ad mœnia, aliàs ad inte
riora ciuitatis ꝓuolant, muros deijciunt
ſacra & prophana oĩa diripiunt, eadẽq;
qua Bizantij libidinũ intemperãtia graſ-
ſantur, pręterquã ꝙ à cędibus abſtinent.
Mox etiã eodẽ die per literas Mahumeti
iuſſus eſt nulli parcere, & ad vnũ omnes
quotquot eſſent interficere, quod cũ ei,
quia ſe dedidiſſent, atrocius videretur
paululum modo donec aduesperaſceret
cunctatus eſt, intereà ad ſe reuerſus Ma-

humetus

humetus(quem ebrietas à iudicio & ratione abduxerat)ſecūdis literis priores reuocat, veritus potius ne quàm ea res infamiam ſibi apud poſteros cōciliaret, q̄ innocentiſſimorū ciuium miſertusqui omnia potiusquàm miſericordiam didicerat. Quibus victorijs vt omnem maiorum ſuorū gloriá obſcurauit,ita quoq; ferocior animoſiorq; factus indignum fore credidit ſi ibi conſiſteret.Ideoq; vlterius progreſſus Belgradum exercitu quadringentorum milium aggreditur. Contra quē Hūniades copijs quidē nō cōtēnendis, at præ Turcarum multitudine exiguis venit,& neſcio quo fortunę ſucceſſu etiam vicit,forte quia melius diſciplina rei militaris inter paucos quá in tanta multitudine cuſtodita eſt:vtcumq; ſit ſic ſaltē accidit vt vinceret,& Mahumetum ſub dextro brachio bombarda ictū cum omnibus ſuis copijs in fugam cogeret,magnamq; fugientibus à nouiſſimo agmine ſtragem inferret, quo prælio (vt poſtea ex captiuis reſcitū eſt) cū poſtridie ſuos Turca recenſeret pluſquá quadraginta milia deſiderati ſunt.Impedimenta quoque omnia,quorum neceſſe erat pro tanto exercitu maximū eſſe numerum

merum, noſtri vt in caſtris diſpoſiti e- rant retinuerunt, hoſtibus fugæ ſtudio omnia deſerentibus. Cuius calamitatis vindictam in aliud tempus reſeruans cō tra Perſas proficiſcitur, cum quibus ad Euphratem cōflixit, primum 10. milibus amiſſis ſuperatus eſt, deinde ab ijſdem ſecundo prælio victor reuertitur. Nec multo poſt Corinthum & Mitylenē Græ cis ademit, & Trapezuntino ſubacto Im perio illius ſedis Regem cum tota nobi- tate Conſtantinopolin, vt de eis ſupplici um ſumeretur trāſmiſit; ne impoſterum vlla recuperandi dominatus libidine in- flammati nouis eum difficultatibus & moleſtijs implicarent. Et ne quid in eo tractu eſſet quod ſibi armis non ſubdi- diſſet, & Mœſia ferè ſola ſupereſſet quæ omnes omnium propinquorum affinita tes recuſaret potius, quàm vltro (quod plerique fecerant) deditum ſe Turcarum tyranno veniret. Quam ob cauſam Ma humetus vt de illis ſine ſanguine trium- " pharet, Principem eius gentis ad ſe euo " cari iubet, velle ſe cum eo de rebus quæ " ad vtriuſque ſalutem pertinerent cōmu- nicare. Quod cū ei Mœſiæ Rex ſine pu- dore recuſare non poſſet, venit tanquā de

commu

communibus cum eo negotijs acturus. Mahumetus autem cùm rem eo quo volebat perduxiſſet, comprehenſum ilico Regem, immaniſſimis ſupplicijs affectũ lacerauit, & Mœſiam inuolans in omnes propinquos eius & affines eodẽ ferè pacto deſęuijt. Sic per fraudẽ occupata Mœſia, rurſuſq; in alterum continentẽ trãſiliens, Epirum & vicina in ambitu loca omnia (quæ paulò antè in priſtinã libertatẽ ſeſe aſſeruerant) cædibus & rapinis impleuiſſet, niſi Georgij Schanderbechi auxilio defenſa, cuius virtutẽ & fortunã Turcæ imprimis metuebant, infeſtum hoſtem tergiuerſari coëgiſſent. Inde comparata claſſe ad Iſthmum Corinthiacũ perrumpendam proficiſcitur, quam Veneti paulò antè magna celeritate & incredibili ſumptu communiuerant, ſed fruſtrà: nã ea expugnata, totã vno quodãmodo ſpiritu Peloponeſum abſorpſit. & ex Attica ſtrato pōte in Euboiã cũ exercitu tranſmiſit, Calchidẽq; firmiſſimã eo tempore Græcorũ ciuitatem diebus 30. obſeſſam maxima ſuorum clade ſuperauit. Memorabile eſt quod in hac ciuitate maſculi animi mulieres cum deficere militum ſuorum vires & inclinare ſpem

ſalutis

ſalutis percepiſſent, armatæ in mœnibus
conſtiterunt, & vires nihilo perturbatio
res hoſtem quãdiu fortuna nõ inuidit re
moratæ ſunt. Cũ Hungaris poſthęc va-
rio ſæpe euentu & inſtabili fortuna dimi
cauit, varijsq; in Stiriam, Dalmatiam &
Forumiulium factis incurſionibus maxi
mas ſæpe hominum pecorumq; prædas
egit, Perſas quoq; vt aliâs ſępe ita eo prę
lio quo ſecundùm eos aggreſſus eſt maxi
mis cladibus afflixit, vnde cũ recta cur-
ſum in Italiam dirigere ibiq; bellum fa-
cere conſtituiſſet, noua (vt fit) Venetorũ
cum Hungaris ſocietate deterritus con-
ſilium mutauit, & per Dalmatiam volẽ
tibus in interiora Gręcię irrũpere omni-
bus copijs occurrit. Inque ipſo curſu Ca
pham Genuẽſium coloniam ciuiũ prodi
tione in fidem recepit, & Scodram in Al
bania tam importuna obſidione fatiga-
uit & omni comeatu intercluſit, vt lega
tos ad eum vltrò de deditione mitterent.
Legionibuſq; aliquot Omario duce con
tra Hungaros miſſis ipſe ad mare profi-
ciſcitur, quod omnibus itineribus Vene-
tis infeſtum reddit, ratus fore vt eo incõ
modo compulſi ab Hungarorum ſocieta
te diſcederent, neq; hæc eum fefellit opi-
nio.

nio. Nam cũ Veneti difficultate nauigationis maximo ſe affici detrimẽto viderent, ingenti pecunia nauigandi ſecuritatem redemerunt. Poſthęc Turca vt remotius ſe Italiæ inſinuaret, Acomathunt miſit qui Hydrũtum ſeu arte ſeu viribus expugnatũ ſibi redderet, omnibus quos in ciuitate reperiſſet trucidatis, qui dicto audiens Hydruntum expugnat, nemini parcit armato inermiue. Mahumetus interea Leucadiam, Nerithum, Cephaleniam, Zacinthum inſulas celeberrimas ſuperioribus victorijs addidit. Et Rhodum, de qua poſtremum triumphare conſtituerat, fruſtra trimeſtri obſidione fatigauit quęres cùm animum eius vehemẽter vreret, nec ferre poſſet tot editas ab ſe & tãtarum ciuitatum regnorumq; victorias tam fœdè vnius inſulę pertinacia cõtaminari, morbo correptus expirauit. Princeps certè nulli maiorum ſuorum fortunæ ſplendore & rerum geſtarum magnitudine inferior, cuique Chriſtiani nominis delẽdi maior cupiditas affuerit, adeo vt præ illa ſolicitudine Orientales etiam & Perſicas iniurias haud difficulter contemneret. Omnium primùs Turcarum Imperator appellatus eſt, vtpote

qui

quî præter regna duodecim & ducenta ciuitates, quas maiorum ſuorum opibus adiecerat: Duo inſuper Chriſtianorũ per Orientem Imperia, Conſtantinopolitanum & Trapezũtinum armis ſubiugaſſet. Hunc Baiazetes ſecutus eſt, cuius varia in Imperio fortuna fuit: & ante oĩa quàm ad externas res gerẽdas conferre animum & vires poſſet, prius ei priuatæ diſſentiones quas cum Zizimo fratre de Imperio habebat explicandę videbãtur. quas quia commodiſſimè hiſtoriarũ lib. 10. Paulus Æmilius tractauit, viſum fuit ex eo ad verbum huc transferre.

Baiazetes.

Bizantij, inquit, morte Mahumetis tumultuatum eſt, ac in partes contrarias itum, alij Baiazetem ſtirpis maximum, patre nondum Imperatore, alij Zizimũ iura dante natum, ad Imperium vocabant. Pater procul trans Taurum deceſſerat, & vterq; filiorum aberat. Interea Baiazetani aduerſarijs pulſis Baiazetis filium in regia ſede locãt vice patris tantiſper functurũ: qui re allata cõtinuò aduolauit. Imperator ſalutatus fratrem ad Pruſiam Bithyniæ cruento prælio victũ inſecutus procul eijcit: pulſus, in Syriã, atq; inde per Arabiæ deſerta in Ægyptũ

ſe

ſe contulit, fidem Sultani implorans. Nō bello, ſed legatione agebat Ægyptius· nō vt vniuerſi Imperij æqua parte conſors minor à maiore reciperetur, ſed vt eodē patre procreatus prouincia ſedeq; aliqua digna paterni noīs maieſtate donaretur. Ferox erat minor, ac patri ingētis ſpiritus Imperatori q̄ fratri indole ſimilior, qq; de vniuerſo Imperio fortunā ſemel expertus, ſi in partem reciperetur, mox vel parē dedignaturus, vel ſuperiorē nō laturus videretur. Qui circumcolunt Satrapias Turcarum Reges à Mahumete magna parte regnorū ſpoliati, hi fraterno bello lęti Zizimū ad ſe vocant, à ſe ingētia auxilia polliceri, & ſpes iniecta aliquos fratris ſatrapas ad eū defecturos. Vbi verò in Syriam redijt, & Amanum montem ſuperauit, ac multò ſpe minora à ſocijs Regibus auxilia cōuenerant, nec fratrē in ęquū certamē deſcēdere videt, nec ad ſe aliquā tranſitionem fieri, ſed loca circa occupari, vt ne fugæ quidē locꝰ pateret: anteq̄ omni parte circumuentus intercluderetur, in maritima Cilicię deſcēdit, fideq; publica à Rhodijs accepta ad illos tranſmiſit. Soluens, anteq̄ altū teneret, ſagittā epiſtola alligata

in

" in proximum littus miſit ad fratrem, ſe
" eius coactu, non contemptu gentilis re-
" ligionis ad vnicam quam ſibi reliquam
" feciſſet opem Chriſtianos tranſire. Rho-
" dij honorificentiſſime exceptum in Frá-
" ciam tranſuexêre. Hactenus ille.
A Gallis ad Innocentium Pontificē Romanum venit, & rurſus ab hoc ad Fridericum tertium, apud quem aliquandiu bene liberaliterque habitus & tutiſſimo hoſpitij iure vſus fato concedit. Baiazethes interea opes quas pater ei decedens reliquerat, haud pari dignitate & amplitudine, qua à Mahumeto acceperat, ad ſucceſſores tranſmiſit: quod ijs plerumq; accidere ſolet, qui in locum multarū victoriarum inuidia grauatum ſuccedunt, quem victoris autoritas & metus dum vixit in pace continuit, at cùm is vita defunctus eſt, ilicò erumpit odium, & inaſſuetum imperio ſucceſſorem, vno oẽs tumultu victæ gentes aggrediūtur, quas ſi cōpeſcere armis & continere nequeat, ille ſe ilico in priſtinam libertatem recipiunt. Sic Neapolitani Hydruntum, ſic Scanderbegus, Epirum, & Ætoliam: ſic Veneti Æginam, Zacinthum, Leucadē, Nerithum, Cephaleniam, & Naupliam, ſic

ſic denique Hungari ſuperiorē Mœſiam
ante annos aliquot Turcicis incurſionī-
bus deſolatam recuperarunt, & eo ampli
us Sabatro (quod Mahumetus contra ſū
bitos vicinorum omnium motus cōmu-
ninerat) expugnato, ſecurum ſibi regnū
& omni fere Turcico metu vacuum eſſe
cerunt. Poſt quas iniurias Baiazetes pri
mūm ſe cōtra Hungaros vindicandum
ratus Valachiam aggreditur, quod eam
ſibi ad irritandos Pannonios oportunā
fore animaduerteret: quam cū expugnaſ
ſet relicto ibi præſidio & aſſignatis vrbi
bus vnde exercitui de re frumētaria pro-
uideretur, annis aliquot reſpirans, ne aſ
ſiduis bellis intentus cito deficeret, tan
dem Epirū infeſtis copijs inuadit, cuius
aliqua parte ſuperata maximis itinerib⁹
Cadumo duce Macedoniā & Mœſiā trā
ſiliēs in Hunniadē Hungarorū regē tra-
ducit exercitum, cui cum maximā cla-
dem intuliſſet & Imperatori (qui id tem
poris Conſtantinopoli erat) indubitatā
victorię ſignificationē facere vellet, cęſis
hoſtiū cadauerib⁹ naſos abſcidit, & Cō
ſtantinopolin plenis vehiculis tranſmi
ſit. Venetis quoq; ne impune ſuperiorū
victoriarum licentiam ſe tuliſſe gloriā-

ſentur terrores maximos Modona & Corona Peloponeſiacis ciuitatibus expugnatis incuſſit, maioresque facturus erat, niſi à Perſarum Rege in Aſiam fuiſſet reuocatus, qui maximis cladibus omnes illarum ditionum fines afflixerat.

Hunc Baiazetes nequicquam eijcere cogitans, omni fere multitudine quam ſecum habebat amiſſa retroceſſit, & illuc vnde exierat reuerſus, Methonem Venetorum ciuitatem expugnat, nec vlli parcit, quo facinore & ſi infinita illa animi ferocientis libido non omnino fuerit expleta, ingraueſcenti tamen ætati ceſſit, nec vltra niſi cum Gallogræcis pugnauit, Zelimumque filium, quamquam inuitus ante obitum ſucceſſorem ſibi ſumpſit. *Ipſe* interea annis plenus, non ſine maxima veneni ſuſpitione (quod à Zelimo diſpoſitum credebatur) mortem acerbiſſimam moritur. Cui ilico Zelimus ſucceſſit princeps in ipſis ſtatim Imperij principijs turpiſſima facinorum ſcelerumque audacia inquinatiſſimus, nihil non audebat vt regnum paternum, quod rapere maluit quàm expectare, firmum ſibi & tranquillum cõſtitueret. *In* patrem primùm veneno

Zelimus.

ſeno,in fratres & nepotes armis,in ami
cos etiam & neceſſarios alijs atque alijs
inſidijs graſſari,nullis parcere, ne illis q-
dem quos ipſe ſibi ante imperium proxi
mos cõiunctiſſimosq́; habuerat. Veritus
ne ab his aliquãdo circũueniretur qui-
bus animi ſui motus perſpectos explora
tosq́; eſſe cognouerat. Cumq́; hanc im-
manitatem vicio ſibi dari à vicinis Regi
bus intellexit, ecce quàm beluina voce
ſuum peccatum defenderit: Nihil, in- »
quit,dulcius eſt aut ſuauius, quam ſine »
affinium timore, ac ſuſpitione regnare. »

Domi magiſtratus, foris militiæ præ-
fectos ſicubi rem infœliciter geſſiſſent ili
co capite mulctabat. Nullius conſilium
niſi qui pro ſua libidine loqueretur ad-
mittebat: Fidebat nemini, omnia inſi-
dijs plena, & vt ipſe erat, ſuſpecta ha-
bebat. Qui aliquando interrogatus, »
quare exemplo ſui patris barbam non »
promitteret, reſpondiſſe fertur: Ne pro »
libidine ſubditorum huc illucque inui- »
tus abduceretur. Denique vt omnia
vno verbo complectar, ſcelere partam
poteſtatem non melius egit quam acqui
ſierat, Solimannum filium quem ha-
bebat vnicum, veritus ne ſibi abſenti

ſentur terrores maximos Modona & Corona Peloponeſiacis ciuitatibus expugnatis incuſſit, maioresque facturus erat, niſi à Perſarum Rege in Aſiam fuiſſet reuocatus, qui maximis cladibus omnes illarum ditionum fines afflixerat.

Hunc Baiazetes nequicquam eijcere cogitans, omni fere multitudine quam ſecum habebat amiſſa retroceſſit, & illuc vnde exierat reuerſus, Methonem Venetorum ciuitatem expugnat, nec vlli parcit, quo facinore & ſi infinita illa animi ferocientis libido non omnino fuerit expleta, ingraueſcenti tamen ætati ceſſit, nec vltra niſi cum Gallogræcis pugnauit, Zelimumque filium, quamquam inuitus ante obitum ſucceſſorem ſibi ſumpſit. Ipſe interea annis plenus, non ſine maxima veneni ſuſpitione (quod à Zelimo diſpoſitum credebatur) mortem acerbiſſimam moritur. Cui ilico Zelimus ſucceſſit princeps in ipſis ſtatim Imperij principijs turpiſſima facinorum ſcelerumque audacia inquinatiſſimus, nihil non audebat vt regnum paternum, quod rapere maluit quàm expectare, firmum ſibi & tranquillum cõſtitueret. In patrem primùm veneno

Zelimus.

heno,in fratres & nepotes armis,in ami
cos etiam & neceſſarios alijs atque alijs
inſidijs graſſari,nullis parcere, ne illis q-
dem quos ipſe ſibi ante imperium proxi
mos cōiunctiſſimosq; habuerat. Veritus
ne ab his aliquādo circūueniretur qui-
bus animi ſui motus perſpectos explora
tosq; eſſe cognouerat. Cumq; hanc im-
manitatem vicio ſibi dari à vicinis Regi
bus intellexit, ecce quàm beluina voce
ſuum peccatum defenderit: Nihil, in- »
quit,dulcius eſt aut ſuauius, quam ſine »
affinium timore, ac ſuſpitione regnare. »

Domi magiſtratus, foris militiæ præ-
fectos ſicubi rem infœliciter geſſiſſent ili
co capite mulctabat. Nullius conſilium
niſi qui pro ſua libidine loqueretur ad-
mittebat: Fidebat nemini, omnia inſi-
dijs plena, & vt ipſe erat, ſuſpecta ha-
bebat. Qui aliquando interrogatus, »
quare exemplo ſui patris barbam non »
promitteret, reſpondiſſe fertur: Ne pro »
libidine ſubditorum huc illucque inui- »
tus abduceretur. Denique vt omnia
vno verbo complectar, ſcelere partam
poteſtatem non melius egit quam acqui
ſierat, Solimannum filium quem ha-
bebat vnicum, veritus ne ſibi abſenti

Imperium(quemadmodū ipſe Baiazethi patri)adimeret, cœpit cogitare quo potiſſimum pacto poſſet extinguere, ne populus id factū intelligeret: poſt multa id placuit vt filio interula diriſſimis venenis inquinata dono mitteretur,quæ occultis paulatim doloribus nihil tale timentem cōſumeret: quod factum quidē eſt verum maximo totius Europæ malo ſucceſſum non habuit. Operæprecium quoq; eſt audire vt in patrem & fratres graſſatus ſit. Nam cum fratrū minimus eſſet & iure ſe excluſum regno cognoſceret, vt occaſionem imperij per iniuriam occupādi haberet,fugit ad Tartaros, vnde affinitate cum Rege contracta,exercitum cōtra patrem educit,quem eouſque tum vi tum inſidijs fatigat,donec moleſtiarum perteſus &deteriora metuēs,imperiū maioribus natu filijs duob⁹ poſthabitis, minimo cedere coactus eſt,qui cum aliquādiu id adminiſtraſſet & pater exhauſtū ab eo ærarium, & precioſiſſimá imperij ſupellectilem luxu minutam atque adeo cōſumptam intelligeret, deos deaſque omnes in ſcelerati filij pernitiem teſtatus, in Natoliam ad natu maximum filium cum veteris theſauri

ſauri reliquijs clam per anguſtias itinerum fugere tentat. Quod cum filius Zelimus intellexit: Noli(inquit)mi pater „ per anguſtias egredi, qui per amplas vr- „ bis portas in hoc imperiū recept⁹ es : Si „ regnare vis:regna per me licet, dūmodo „ mihi in præſens nomen, & impoſterum „ indubitatam ſucceſſionem reſerues:finē „ vitæ tuæ(quæ vtinam longiſſima ſit)li- „ benter expectabo. Alijsque quàm plurimis id genus blanditijs demulſo parenti regias dapes,ſed veneno imbutas,apponi iuſſit. Quibus guſtatis ſenſit pater attactum veneno ſanguinem, exiliensq́ue è regia ſede, quam ei filius pro tempore conceſſerat. Egrediar inquit(vt iubes) „ per amplas vrbis portas vt cūcti me ſpō „ te potius exulatum ire quam à filio pul- „ ſum eſſe & extinctum arbitrentur. „
Vixq́; portis egreſſus cum ſe veneni vis ad interiora pectoris inſinuaſſet,equo delapſus expirauit,cuius mortem exterius quidem luxit filius, verum aīo de patre triumphās, conſilium capit de fratribus quoque per occaſionem opprimendis: quorum alterum qui ſe ſpeluncis ac mōtibus fratris metu abdiderat, à familiari proditum ſtrangulauit, & alterum, ſed

ſnhoneſtius. Nam cum nullum ſibi lo cum quo tegi poſſet relictum, & fortunā fatis aduerſari intelligeret, matri obſecu tus ab enſe ſuo conſilium petiuit, quo ſibi aut ſummum aut infimum locum facturus eſſet. Cōſcripto itaque in Bith gnia exercitu contra fratrem Zelimum proficiſcitur, cuius viribus cum Acomati fratris exercitus ſe ſuperari ſenſit, terga Zelimo vertit, pertracto ſecum Acomate, qui cum equo à ſuis impoſitus aliquoties in fuga excidiſſet (erat enim obeſus corpore & equitatui inidoneus) & ſui eum tertio imponere ſellæ
„ conarentur: Sinite, inquit, ſatis iam
„ fato ſum reluctatus, hic fratrem expectá-
„ bo. Cæteriſque magna contentione fu gientibus ſolus Acomates fratrem hoſtem & mortem operitur, in quem vt an te alios quidam militiæ fraternæ præfectus incidit: Salue, inquit, Acomates
“ Imperator, dictoq; citius honorē ei ſolis
“ Imperatoribus deferri ſolitum exhibuit.
“ Cui Acomates: deſine, inquit, nimis ſu-
“ perbū mihi pro tempore & fortuna no-
“ mē dediſti, annuliſq; quos in digitis ha-
“ bebat detractis. Vade (inquit) & apud fra
“ trem vt moderato indulgentiq; mortis

genere

genere me afficiat intercedas. Verũ Zelimus conſpecto Acomate nihilo mitior factus, carnifices mittit, qui eum propoſitis etiam præmijs indignitate quãta poſſent maxima afficerent, & inſuper fune ſtrangularent. Hoc ſupplicij genere in regium plærũque ſanguinem graſſabantur, quo ſi terra imbuta eſſet pro piaculo maximo ducebatur. Hæc ei initia rerum geſtarum, hæ illi victoriarum primitiæ fuerunt, quibus tranquillũ ſibi regnum & nec vllius propinquitate formidabile cõſtituit. Moxq; cum Venetis & Hungaris pace facta, Perſarum Regem Euphrathẽ Armeniamq; pręteruolãs infeſtis armis aggreſſus vicit & in fugam cõuertit. Fugientẽq; à longe ſecutus ciuitates aliâs vi, aliâs in deditionẽ recepit vectigalia imperauit, & multũ vndiquaq; flammis ferroque populatus, nõ prius furoris finem fecit quàm Sultanũ quoque Ægyptiũ, quia Perſis contra eum auxilia miſerat, haud procul Damaſco ingenti multitudine comitatũ interfecit. Cuius locũ cõmuni omniũ Mameluchorũ ſuffragio & volũtate Taumũberus pręfect⁹ Alexandriæ occupauit, propterea quod cæteris omnibus crederetur plurimum

opibus & potentia anteire, ac futurum ſperarent, vt facile illo propugnatore contra quaſlibet Turcarum iniurias ꝓtegerentur. Verum Zelimus prioris victoriæ veſtigijs immoratus Ægyptum, quá multis annis à maioribus ſuis magnopere expetitam audierat, infeſtis armis non ceſſat impetere, multisq; poſt alias ciuitatibus potitus de Alepo, Damaſco Tripoli, Sidone, Ptolemiade triumphauit, eoque magis quod non Ægyptum tantum, ſed & finitima quoque omnia armorum faſtu & potentia ſic concuſſerat, vt plurimi Syriæ & Phœniciç populi legatos ad eum de deditione mitterent, quique ei ciuitatum nomine de tot victorijs gratularentur, vt interea non dicam, quod in eius poteſtatem Hieroſolyma & Gaza, celeberrima per vniuerſum terrarum orbem loca peruenerint, quæ tantum ei apud finitimos omnes potentię opinionem pepererunt, vt deinceps nullum per ea loca habiturus repugnatorem videretur, ſi vnicum adhuc Sultanum tot debellatis ditionibus ſuperſtitem conculcaſſet, cui cum per legatum certaminis diem conſtituiſſet, vtrique maximis copijs dicta die

in planiciē haud procul ab Alcairo proceſſerunt. Cumq; Zelimus Sultanum in acie non Imperatoris tātum munera obeuntem,ſed & militis officia prȩſtantem fortiterque dimicantem conſpexiſſet: Hic eſt, inquit, ô Sultane locus, hæc eſt »
dies quȩ de controuerſijs noſtris & vtri- »
uſque Imperio iudicabit: ſimulque impe »
tum in eum facturus,à ſuis ne periculo ſe »
offerre pergeret retardatus eſt. Quæ res Zelimi copijs tātos ad pugnam ſpiritus addidit,vt nō magno interpoſito ſpacio cæſis ingenti numero hoſtibus Sultanus Alcairum ſe reciperet ad vires reſtaurandas. At quia poſt tot clades ſumma hominum inopia laborabat,mancipiorum ferè ad ſex milia tumultuarie libertatȩ donata cōtra Zelimum armare coactus eſt: quas copias cum vincendi conſuetudine animoſi Turcæ cecidiſſent, Zelimus vt omnem reparandarum virium ſpem Sultano adimeret Alcairum duarū dierum & noctium obſidione fatigatam capit & ſpoliat, & caſtrū in propinquo ſitum, quo Taumomberus ſui tegendi gratia ſe receperat,cultu &elegantia incomparabile expugnat, vnde Sultanus amicorum quorundam beneficio clam

eductus in Arabiam profugiebat, vbi cũ imploraret auxilium & ſic illi fauerent Arabes, vt nullum pro eius ſalute periculum recuſarent, eo quòd in ipſo (ſi ſupereſſet) ſummam ſalutis ſuę conſtare arbitrabantur, & quod huiuſmodi caſus in ſe quoque recidere poſſe intelligebant, omnino futurum erat, vt reſumptis iterum viribus hoſti ſe Sultanus obuium faceret, ſed interuentu Zelimi impeditus in abditiſſimas ſpeluncas ſe præcipitem dedit, vbi ad vmbilicum vſque cœno paludibusque immerſus delituit, donec eum corrupti pecunia familiares Zelimo prodiderunt, à quo ad publicas priuatasque contumelias illinc abſtractus, laqueo tandem in porta ciuitatis, quą frequentiſſimus erat hominum trãſitus ſuſpenditur. His auctus triumphis Zelimus in Thraciam reuertitur, & priuſquã ſeptennium in Imperio compleuiſſet, grauiſſimo renum dolore diu vexatus interijt. Hac laude præcipuè inſignis quod militaris rei peritia haud mediocriter excelleret, qua tam anguſto tẽpore ſuorum maiorũ gloriã tantũ non ſuperauerat. Excepit Zelimum Solimannus, cui prçcipuè in ipſis regni exordijs, quæ ple-

Solimãnus.

riſque

riſque inſolentiſſima eſſe ſolent, maior æqui boniq; cura fuit, quàm ſuperiorum cuiquàm, &ſi poſtea partim vectigalium vrbium perfidia,partim etiam dominañdi libidine ad fines ſui Imperij proferendos incitatus,nunc in hos, nunc in illos arma per occaſionem ſumpſerit. Et primùm Gazelles homo infœliciter audax, quem Zelimus Syriæ præfecerat, morte Imperatoris elatior factus, ad Syriam ſibi vendicandam animum adiecit.

Quam rem poſtquâm cũ Caierbio Ægyptio(cuiꝰ auxilio omnia ſperabat) occultè per legatos communicauit, nõ tãtum ſpe potiũdæ prouinciæ excidit,ſed & vita priuatus eſt: Nam Caierbius fœderis religione admonitus Solimanno conſilium hominis audaciſſimi primo quoque tempore detexit,qui Faratẽ Baſſam cum ingenti exercitu contra Gazellem miſit. At ipſe vtpote viribus lõgè inferior oĩa prius q̃ arma tentauit:ad extremũ cũ omni ſpe amiſſa arripere pugnã cogeretur, inter primos haud ſegniter pugnãs cõfoditur.Poſthęc Turca plura audere & manus inEuropã extendere cœpit.Belgradũ fortiſſimum Romani Imperij atq; adeò totius Chriſtianæ Reipub. propugnaculum

ercitu noceretur, & quemque quantum humeris poſſet, auferre paterentur. Quod cum à Solimanno impetratum eſſet pręfectus Rhodiorũ militum (quem ipſi magnum magiſtrum vocant) priuſquàm hoſtes intromitteret, militibus Italis, Hiſpanis, Gallis, aut aliâs aliunde ad defendendam ciuitatem accerſitis naues aſſignat quibus ſalui & incolumes, ſi poſſent, ad ſuos reuerterentur. Quo facto ingreſſus Rhodum Solimannus totius Inſulę victoria, quæ ei multo ſuorum ſanguine cõſtiterat potitus eſt, vnde velut modo voti compos effectus & toti Romano Imperio inhians ad Hungariam reuertitur, vbi præter Ludouicum Regem exiguis copijs Pontificis adiutum inuenit neminem, qui neſcio an maiore prudentia q̃ audacia, impari longè armatorum numero minimaque manu cum infinita Turcarum multitudine conflixit, cuius partes cum ad extrema pugnãdo veniſſent, iamque optimi & fortiſſimi in prẹlio occubuiſſent, ipſe Rex medios hoſtes quibus vndique incluſus erat, qua potuit celeritate perrupit, & inconſulta fuga ſalutem quærens in paluſtrem & limoſam conuallem itinerum ignarus deſcen

dit

dit,vnde cùm diu luctando emergere conaretur,ſub æquo in vltimos pedes eleuato ſupinus miſerrimè ſuffocatur. Huius mors ſuperſtitibus adhuc Pannonijs Solimãno alioquin obuiam ituris ſpem omnem & animum ademit, vſque adeò vt parum omnino abfuerit,quin vltrò ſe hoſti dederent præſertim modo Budam regiam ſedem occupanti. Ferdinandus tamen qui mortuo Ludouico Hungariæ ſucceſſionem ad ſe pertinere arbitrabatur,eo quod ipſe & Ludouicus inuicem, ſi ſine prole decederent, ſucceſſores fecerant, omnibus modis Hungariam vindicandam ſtatuit, cùm ob eam quam dixi cauſam, tum quod exiſtimaret plurimum Auſtriæ,atque adeò totius Germaniæ intereſſe,ſi Solimannus à poſſeſſione Hungarię excluderetur,& remotius à finibus Romani Imperij conſediſſet. Ideóque priuſquã Turcarum vires in Regia ſede confirmarētur & ciuiũ animi haud ſponte ſceleratiſſimi Imperatoris libidine oppreſſi barbaris legibus conſentientes fierent,ingentibus ex Hungaria, Bohemia,& Auſtria conſcriptis copijs, Budam contendit,ad quam expugnandam non minimum priſtina, clementiæ &

fa-

facilitatis opinione profecit: Nam cum ingens intra mœnia diſſentio coorta eſſet cui quiſque domino præ altero faueret, aliorumq; alio ſententię inclinarent, vicit tandem eorũ factio qui Chriſtianũ principẽ Barbaro pręferebãt, ſimulq; Ferdinandus Budã dedentiũ repugnantiũq; diſſidijs flagrantẽ occupauit, & maximis præſidijs munitionibusq; contra naſcentiũ quotidie nouorum hominũ factiones cõmuniuit: optimorũ quorumq; ciuium, & pręcipuè eorũ q inter ſuos magnę potẽtię & autoritatis erãt, animos humanitate & beneuolentia ſibi obnoxios fecit, vt nõ armis tantũ, ſed & populariũ erga ſe animorũ affectione regni potẽtiã cõtineret. Queis ita cõſtitutis in Bohemiam propter ſubitas quaſdã, quę ibi in nobilitate coortę erãt diſſentiones reuocatur, quas plęriq; exiſtimant, à Ioãne Vaiuoda maximi in Hũgaria nominis & autoritatis excitatas eſſe, vt oportunã ſuis fraudibus Budã efficeret. A qua ſuſpicione nõ abhorrẽt ea quæ poſt diſceſſum Ferdinãdi haud diſſimulãter perpetrauit. Nã cũ plurimũ opibus & induſtria polleret, primũ omniũ pecunia (cuius in corrũpendis etiã optimorum hominum voluntatibus

magna ſunt operæpretia)eos ad ſe attraxit,quos à ſe primos & potētiſſimos eſſe cognouerat. Ab his ad illos deſcendit, quibus ſciebat veteres ſimultates cum illis intercedere,quos Ferdinandus diſcedens ſummæ rerum præfecerat. Poſtea etiam infimorum hominū ordinibus ſeſe inſinuauit,multosque alijs atque alijs officiorum generibus ſibi deuinxit, ne in vllo vſquā ordine, ſi eo quo volebat perueniſſet, incepti ſui præcones & adiutores deeſſent. Poſtremò etiam exercitum tumultuariè cōſcribit ratus nihil ſibi tot amicitias & inſinuationes profuturas, niſi etiam ingruentium armorum trepidatione,cæteri quorum indifferens in vtramlibet factionem pēderet animus, & aduerſarij in vnum omnes ſuffragium & opinionem deducerentur. Hac ratione iſtisque omnino itineribus eò peruenit, vt excluſo Ferdinandi præſidio ipſe ilicò Rex fauſtis ciuium acclamationibus ſalutaretur. Nō abeſt ſuſpicio quin ad has tragœdias excitandas Solimanni voluntate & auxilio ſit vſus, cui etiā haud multo poſt expeditionem in Auſtriā paranti, & per Hungariam iter ſine iniuria maleficioq; poſtulanti nihil excuſans,

nihil

nihil tergiuerſatus conceſſit. Etſi Turca (vt aliâs ferè ſemper) pacti fœderis immemor Varadunũ, Quinceccleſias, aliaque Hungariæ loca munitiſſima, in tranſitu præter cõuenta depopularetur: cuius facti turpitudinẽ vt tegeret, mentiebatur ſe " ab iſtis ciuitatibus (per quę tranſire non " habebat neceſſe) non ſine difficultate " tranſitum impetraſſe, & propterea nocendi " facultatem ademiſſe, quodq; ſibi perſuadeat, " id factum vſqueadeo Regi non " diſplicere, vt etiam ipſe debuerit ſi ſciuiſſet " vindicare. Sicq; paulatim progreſſus Viennam contendit, quam ex omnibus Europæ ciuitatibus, vel ſolam obſtare credebat, ne latius orbi terrarum Imperaret. Ad hanc, vt dixi, per confinia Croatiæ & Stiriæ contendendum putauit, eò quód illac veniens eam citra Danubium eſſet inuenturus. Nam ab altera parte difficultate ſternẽdi per flumen pontis laboraſſet, quod ciuitatem tribus brachijs pluſquàm trecentis paſſibus, qua arctiſſima ſunt, patentibus prętérlabitur, tegitque eam vrbis partem, quæ ad ſolem Occidentem & Septentriones pertinet. Eodem ſpectabat comeatum facilius ſupportari illac qua diximus poſ-

Memorabilis Viẽnæ obſidio, Anno 1529.

ſe propterea quòd totum Hungarię eius lateris tractum, iam tum obſequentem ſibi fecerat, nec magni negocij futurum ſperabat armis per Croatiam iter aperire, quæ haud facile tantæ multitudini eſſet reſtitura, præſertim vicinis, ſocijſque in circuitu omnibus ſuarum rerum ſatagentibus. Hac igitur longis ambagibus iter inſtituit, quo itinere tantam ſubitò omnibus ex locis Chriſtianorum prædam fecit, vt ad triginta ferè captiuorum milia, priuſquàm ad conſpectum Auſtriæ perueniſſet ab eo in ſeruitutem redacta tenerentur. Nec contentus magnam vndique hominum multitudinem abduxiſſe niſi inſuper, quacumq; audire poterat, popularetur ac diriperet omnia, nullos vicos, nulla ædificia præteriret, quæ non aut ferro concuteret, aut flammis aboleret. Vnam tantum inter cæteras ciuitatem, quam incolæ Bruck appel lant, & ſi non ſatis firmam, opulentā tamen rerumque omnium feraciſſimam ſine vllo maleficio ingreſſus in deditionē indulgentiſſimā accepit, propterea quòd eam magno ſibi vſui fore exiſtimabat, ad ſupportandum exercitui comeatum cui locum caſtris idoneū haud procul inde

meta

metatores deſcripſerant,ſub medium ferè itineris inter Neapolin & Viennam quo vt perueniret exercitus magnis itineribus feſtinabat,memor perpetuò illius,non eſſe à tergo relinquendum quicquàm ei qui vellet ſecurè in alienis finibus bellum gerere.Ideoq; Altenburch caſtrum paulò infra egregiè natura & arte munitum prius expugnandum ſibi ratus eſt quàm progrederetur, eo quòd multas ibi opes & magnum militum numerum eſſe intellexerat. Cumque diſpoſitis oportuno loco tormẽtis agitare turres & ꝓpugnacula cœpiſſet, mox qui intus erãt neſcio qua effœminatione, legatũ ad hoſtes mittunt q omniũ nomine ſe ſuaq; vniuerſa in fidem atq; poteſtatẽ Imperatoris Conſtantinopolitani permittat, indicetq; oẽs velle imperata facere,patrię cõſilia detegere,& frumẽto cęterisq; rebus qtũ poſſent adiuuare. Moxq; intromiſſi Turcæ trecẽtos ibi in pręſidijs Bohemos inueniũt,quos meliore paulò q̃ captiuorũ cõditione ſeq caſtra iubẽt,vt ſicubi opus eſſet eorũ indicio vterẽtur.Primũ aũt ex eis interrogãt quę ciuitates q̃tęq; in armis eſsẽt,& q̃d in bello poſſent,qb⁹ pręſidijs Viẽna niteretur,q̃d et vbi Rex ageret.

rum eſt Turcarum amplius quàm ducen
ta & 50. milia ea expeditiõe fuiſſe. Hinc
mox in omnem Auſtriam populatores
emiſerunt, qui per vniuerſa circa Vien-
nam & Danubium loca, longè lateque
pro libidine graſſarentur, & quæ vellent
in captos Chriſtianos exempla crucia-
tuum exercerent. Exploratores quoque
iuſſerunt ad Danubiũ conſidere, per quẽ
audierat Solimannus ſubſidia Viennen-
ſibus & comeatum ſolere ſupportari.
Nam triduo antequàm hoſtes eò perue-
niſſent deſcenderat Danubio Fridericus
Comes Palatinus, Dux militię Auſtriacę
ab Imperio deſignatus cum peditum 14.
milibꝰ & ſelectiſſimo equitatu. Comea-
tum quoq; quem hoſtes in eodem itinere
eſſe intellexerant, aut intercipere, aut ſal
tem ciuitate quoquomodo excludere cõ
ſtituerant: ad quam rem oportunum vi-
debatur inter Tulnam & Milichiũ ex op
poſito Cremiſij, quòd in aduerſa Danubij
ripa decẽ milibus à Vienna ſitũ eſt Baua-
riã verſus, inſidias collocare. Quòd cũ no
ſtris frumẽtatoribus ſuboleuit, nec teme-
rè pugnandũ ſibi putarent, vtpote viribꝰ
nimis imbecilles, nec comeatũ hoſtibus
diripiendum offerre conſtituiſſent, quem

ſos miſit, qui interrogaret an milite opus “
haberent, ſe paratum eſſe trecentos il- “
los Bohemos eis reſtituere. Cui Pala- “
tinus omniũ nomine reſpondit, ſibi plus “
militum intus eſſe quam velit, quocirca “
retineret illos qui ſe eius poteſtati per- “
miſerant, & afficeret quomodo ſibi vide “
retur. Viennam facile detrimentum tam “
exiguum contempturam. Interea dum
hæc geruntur, nocte intempeſta miſſus à
Ferdinando veredarius ſilẽtio intra mu-
ros recipitur, qui hortatus eſt ciues, vt in “
fide permaneant, & hoſtium impetũ ma “
gno animo ſuſtineant, nõ procul abeſſe “
Carolũ fratrẽ maximis copijs & incredi “
bili apparatu ſuppetias ferentẽ, totamq; “
armari Germaniã vt vni Viennę ſuccur- “
ratur. Quibus vocibus cõfirmati ciuium “
animi magis indies magiſq; cõtẽnere ho
ſtẽ, & exercitũ multitudinẽq; qualẽ neq;
viderãt ante neq; etiã ꝓpemodũ audiue
rãt ꝓ nihilo ducere, donec locũ ſuburba
nũ & exteriora mœnia cultu ędificiorũq;
ſplẽdore interioribꝰ haud quaq̃ cedẽtia
aſſiduis bõbardarũ ictibꝰ hoſtes ſupaſſẽt,
moxq; ĩteriꝰ veluti cute pforata ad euiſce
randã ciuitatẽ ꝓgreſſurꝰ videretur, q̃ res
ga ſine negocio & veluti momẽto ab eo
conſe-

confecta,eſt metum vniuerſis incuſſit,ne ſimili aut etiam maiore violentia & celeritate oppidanorũ deliberationes anteuerteret priuſquã benè ex iſto metu cõualuiſſent. Et certe eodem tẽpore feruẽtibus recenti victoria ſuorum animis fuiſſet progreſſus, niſi eius diei tẽpore excluſus in poſteram lucem oppugnationẽ differre debuiſſet. Ne tamen ea nocte vllam ciuitati quietẽ daret tormenta propius vrbem admouit verſus eam partem qua infirmiora propugnacula & deiectis muris valles aſcenſum minus difficilem habituræ eſſent, nimirum ad portã quã incolæ turrim Scotorũ ab eius nominis monaſterio intra vrbem proximo appellauerunt: Vnde prima inſequentis diei luce inſilientem hoſtem bis tanta clade depulerunt, vt nullæ aut perexiguæ infra planitiem foſſæ ciuitatis apparerẽt, primiſque nouiſſimi inſiſterent, atq; ex eorum corporibus pugnarent. qua calamitate nonnihil hoſtium impetus tardatus eſt,& mox per portam Salinariam, quæ huic à dextris proxima eſt & infra montem ſita,in quo pars copiarum hoſtilium ſine ordine diſperſa vagabatur, cohors Pretoria iunctis duabus legioni-
bus

bus repente eruptionem facit, & nihil ta le timentes inuadit, pugnáque facit magis vt natura loci deiectuſque collis, & neceſſitas tẽporis, quàm rei militaris ratio & diſciplina poſtulabat. Turcæ multis vulneribus eo certamine affecti, paulatim cedunt, & interuallis quantis poſſunt maximis præliantur, donec idoneã nacti planitiem nihil ſibi ad fugam reliqui faciunt: alijsq; alibi periculum vitantibus noſtri à tergo imminent, quoſdam interficiunt, capiunt alios, plęroſq; retro ad flumen pulſos, nando ad vlteriorem ripam contendentes telis & lapidibus obruunt, ac ſe rurſus in ciuitatẽ recipiunt. Cuius velitationis Princeps & author Guilhelmus Rogendorffius more ſuo collaudatis militibus iam tum hoſtibus formidabilis eſſe cęperat quibus hoc prælio incredibilem calamitatem intulerat. Nã vt poſtea per captiuos cognitum eſt ex trecentis equitibus non plures quàm 60. & hominũ milibus quinq; vix octingenti illæſi euaſerunt. Cuius rei iniuria commotus Solimannus alia via propoſitum ſuum efficere inſtituit. Traducit illinc ſuas copias verſus portã Regiã vbi vineis actis & aggere extru-

ſto eſſe accurrit,& cũ tpe tam pręcipiti lõgiore vti oratione prohiberetur,nõ ali ud inculcauit q̃ vti priſtinę ſuæ virtutis ,, memoriá retinerẽt, nec pturbarẽtur aío ,, hoſtiũq; impetũ fortiter ſuſtinerẽt, pręſto adeſſe auxilia à Ferdinãdo miſſa quę ,, moxſi aliquãdiu Barbaros morarẽtur in ,, ꝓpugnaculis eſſent cõſpecturi, tãtummo ,, do tela miſſa exciperẽt, & hoſtes introi- ,, tu prohiberẽt. Nõ minori in diſcrimine ,, res erat circa turrĩ Scotorũ vbi Comes à Salm q̃ta poterat ſolicitudine ſuos in officio continebat,eo qđ magno appara tu ſcalis, falcibus,alijſq; id genus machi nis ab hac parte hoſtes terrorẽ ciuitati inferre nihil ocij,nec obſeſſis dare,nec ſibi ſumere,vſque adeo,vt niſi ſpe obtinendæ ciuitatis tanta multitudine accurriſſent, vt ſibi ipſis ad pugnam eſſent impedimento , & ſe ita in vallo conſtipaſſent,vt primis vltimi receſſum nõ darẽt, actũ erat de Vienna. Verum vt primum ſignũ in ciuitate factum eſt, ac ſi iam ad arma recentes milites vocarentur , ilico & noſtris ſtudium propugnandi acceſſit, & hoſtibus ſpes potiundi oppidi diminuta eſt. Vt itaque Solimannus ſuos iterum excluſos vidit, nec ſe quicquam

proſi

proficere,omniaq́; quibus vtebatur con ſilia etſi pro rerum conditione nō reprehēdenda,incommodè tamē accidere, cœpit cuniculos ad portā Carinthiam agere:cuius rei peritiſſimi ſunt Illyrij (quorum maximum numerum apud ſe habebat) propterea quod multis locis apud eos ſecturæ ſunt ærariæ. Cumq́ue ad arcis fundamenta perueniſſent, & ad ea perfringenda,nō tam arte quàm viribus opus eſſet, nonnulli in ciuitate qui taliū rerū ac militiæ vſu pollebant ſenſerunt euiſcerari ſub pedibus terram,& ſtatim ab ſua parte contra moliri inſtituūt, ac deinde meatus quos aperuerant puluere tormētario ſuffartos ruderibus obſtruūt, vt cum appoſiti ad mēſuram ignes puluerem attigiſſent, per hoſtium ſecturas erumperent. Quo facto ingens repente ab imo vis exaudita eſt qua & turris tātum non diſſilijt, & quotquot erant in cuniculis agēdis intenti foſſores,ad vnū omnes ſub ruina ſuffocati ſunt. Erant autem vt poſtea compertum eſt ad octo ferè milia: quorum etiamnū adhuc hodie circa eum locum erutæ incredibili multitudine viſuntur caluariæ. Cū hic quoque ſe operam luſiſſe ſenſit Solimannus

nus, & audiſſet ſupinius negligentiusq́; cuſtodiri mœnia ad Stubarum portam, faciliorem que aditum habere, decem cohortes quæ integrę adhuc à labore erant remotius circumductę ne ab oppidanis videri poſſent omnium opinionę celerius eo quo iam dixi perduxit. priuſque ſe rè omnis generis rebus foſſas impleuerunt, & in ſummis munitionibus conſpiciebantur quàm noſtri quid ageretur intelligerent, eiſq́; parata eſſet rebus tá neceſſarijs defenſio. Nam etſi ſatis militum in vrbe haberent, quia tamen totum belli pondus ſe ad duas arces, quarum ante meminimus, tranſtulerat, nec facile ab eo numero vllę cohortes deduci poſſent, ſubito Prætorianos milites (qui vt moris eſt ad interiora ciuitatis defendenda & ad ſubitos tumultus coërcendos reſeruabantur, nec niſi tempore admodum præcipiti educi extra mœnia aut in munitiones poterant) placuit contra hos euocari: quorum aduentu pauci qui hoſtem hactenus magno periculo ſuſtinuerant, ſaucij & exanimes quieſcere iuſſi ſunt, hac conſolatione, vt ſi conualeſcerent inter armaturas duplares aſcriberentur. Non prius tamen ciuitas hoc

vt in ciuitatem glandium velut imbres implvere viderentur, & identidem miſſæ ad oppugnationẽ cohortes tanto numero & frequentia aduolabãt, vt nulla globorum ſegete non modo non prohiberi, ſed nec minui quidem impetus aut multitudo videretur, donec ad extremũ milites hoſtilis exercitus cũ nihil ſe proficere viderent,&fruſtra toties ad eadem pericula &difficultates mitterentur, neſcio qua inter ipſos diſsẽſione coorta ter giuerſari ſuosq; Duces ac Tribunos calumniari cœperunt, acſi omnino eis eſſet imputandum ſtare adhuc ciuitatem in qua oppugnanda militibus nihil, nec virium nec voluntatis defuiſſet. Ideoq; cum Solimannus iam poſtremũm atque adeo acrius quàm antea nũquam aggredi ciuitatem cõſtituiſſet,& milites quiduis potius perpeti in animũ induxiſſent, q̃ denuò eodem vnde toties repulſi erãt reuerterẽtur,maximi ĩcaſtris mot⁹, alijs detrectantibus,alijs:vt timoris ſuſpicionẽ vitarẽt alia cauſantib⁹,excitati ſunt: cui⁹ rei fama cũ per Magiſtrũ equitũ ad Solimannũ delata eſt,Bithiniæ Pręfectũ, quo plerumq; in difficilibus rebus conſul tore vtebatur, cuiusque ſumma erat in

caſtris autoritas mittit, vt omnes in fide
& officio retineat, aut ſi (vt ſæpe perti-
naces ſunt Barbari) in ſentẽtia permane
rent inuitos ad complendum iuſiuran-
dum adigat. Mox itaque vt ad eos ve-
nit quorum præcipuè in caſtris audie-
» bantur quærelę, breuiter exponit: nõ te-
» mere negligendas eſſe pręſentis tẽporis
» rei benè gerendæ oportunitates, & non
» ſine maxima fieri poſſe ignominia ſi in-
» cœptam oppugnationem tam leui occa
» ſione reliquiſſent. & vno tantum certa-
» mine ab eis effici poſſe vt ciuitate potiã-
» tur: exhauſtos eſſe oppidanos, & ſumma
» cum difficultate poſtremã oppugnatio-
» ne ſuſtinuiſſe, exanimatos eſſe inedia, &
» inteſtinis diſſidijs ſe obſeſſoribus propi-
» nare: quocirca non dubitarent ſi denuo
» priſtinæ virtuis memores aſcenſum ad
» munitiones vrgerent & ciuitatem expu
» gnarent, illorum fore prædam qui aſcẽ-
» diſſent, & illis reſeruatũ iri omnia quæ
» in ciuitate inuenirentur, inſuper & apud
» Imperatorem perpetuam gratiam, ma-
» gnũq; beneficiorum aditum ac beneuo-
» lentię cauſam pręcipuã habituros. Qua
oratione cum Scythica illa barbaries ni
hilo magis accenderetur, & omnes perti

naciter

naciter vt ante in ſententia perſiſterent,
ilico eis à tergo equitesappoſiti ſunt qui
impellerent,aut ſi pergerent tergiuerſari
tormento aut ſagitta traijcerent.Qua ne
ceſſitate cum ſe vrgeri viderent,nec mi-
nus periculi ſi quieſcerent fore q̃ ſi oppi-
danis iugulandos ſe offerrent, tamen nõ
prius proceſſerunt q̃ exeis anteſignanus
Deos conteſtatusvt ea res fœliciter eue-
niret,præceſſit. Deſerite,inquiens,ſocij ſi »
dem & iuſiurandũ & Imperatorem Con »
ſtantinopolitanum Chriſtianis prodite »
ſi vultis, ego profecto meum Reip.&Im »
peratori officium prę́ſtitero. Dictoq; citi »
us vexillũ erigit , & ad vallum ciuitatis
cõtendit:quem vt alij atq; alij paulatim
ſubſecuti ſunt, tandem integri etiam ir-
ruentium manipuli ſecundũ eum in mœ-
nibus prius ferè à noſtris interfecti ſunt,
q̃ quid actum eſſet intelligeretur.Alij(vt
in tanta multitudine ſępe accidit)auto-
ritate maiorum & ſociorum exemplo ni
hilo animoſiores facti ordinẽ declinabãt
& per vitiferos colles errabundi in ca-
ſtra reuertebantur. Sicq; factũ eſt vt de-
creſcentibus quotidie hoſtiũ viribus mi
nus minuſq; eis potiundæ ciuitatis ſpei
relinqueretur.Nã oppidani præter innu

meras clades in mœnibus æditas, pabulatores etiam frumentatoresq; hoſtium aſſiduè obſeruabant, diſperſosq; per occaſionem adoriebantur, & magno ſępe incommodo afficiebãt, vſque adeò vt interdũ totius legionis decima vix pars incolumis ad ſuos reuerteretur: quod tũ præcipuè vſu veniebat cum & lõgius à caſtris proceſſiſſent, & nõ tam facilè eis receptũ ad ſuos loci iniquitas permitteret. Quibus rebus fractis aduerſariorum animis incredibilis ſubito fortunarũ cõmutatio accidit, & quo maiores ſpiritus fiducia rei bene gerendæ noſtris acceſſerũt, hoc magis langueſcere aduerſarij & rebus ſuis diffidere viſi ſunt, nec poſthac vallum caſtrorũ prætergreſſi vllam prę teriti furoris ſpeciẽ ediderunt, niſi cum ſubinde velitationib' paruiſq; pręlijs pugnãdi languorẽ conteſtati à noſtris vſq; ad caſtra eorũ intrepide prędam agentibus ad certamen prouocabãtur. Cumq; omnia in circuitu loca partim ab incolis deſerta, partim à Solimãno fœdiſſima populatione vaſtata eſſent, & molita in aliquot ſeptimanas cibaria (quæ patrio more ſecum ferre in militiã cõſueuerũt) plane conſumpſiſſent, nec pauci famẽ &
incedia

inedia periſſent, periculumq; eſſet vt niſi aliũde eis ſubueniretur, breui ad vnũ omnes extinguerentur: ſuadebát plæriq; quorum apud Imperatorem magna erat gratia vt rebus ſuis quoquomodo cõſuleret. Eodem accedebat quod ſuorum pluſq̃ 80. milia amiſiſſet, & ex his quos adhuc habebat alij vulneribus, alij laboris & inediæ impatientia elanguerant: tũ etiã quia eo anno pluſquã pro tẽpore hyems maturabat, & iam acrè in ipſo brumę introitu frigus ſęuiebat & plurimos ſuorũ tpis iniuria amiſerat, ſtatuit maturè priuſquam omnes ad internetionem irent diſcedere. Ad quam ſententiam cum reliquis cauſis hoc quoq; eum impulit, quod Fridericum Palatinũ maximis copijs Ratisbonam appuliſſe audierat, atque adeo iam tum maximo ſuo incommodo ſenſerat: Nam cum plurimi adhuc Turcici exercitus populatores liberius vaſtandi prędandique cauſa ſe ſupra Lintium in Bauarorum fines effunderent & identidem ex ſiluis (quæ ibi vaſtiſſimæ ſunt) erumperẽt, ac rurſus eodem ſe maximis illatis detrimentis reciperent, Fridericus Palatinus (quod non procul illinc abeſſet) virum quendã

rei militaris callentiſſimũ celerrimis expeditiſq; copijs pręmiſit, qui eos à tergo per ambages circumueniret, & receptu ad ſuos intercluderet: qđ neſcio an dexterius à quoquã mortalium q̃ factum eſt effici potuerit. Primũ id conatus eſt vt eam ſiluæ partem obtineret, qua illis ad ſuos redeundum eſſe cognouerat, quam mox crebris ſuccifis arboribus humique diſpoſitis ſic impediuit vt rami inuicem tanquã vepres inhærerent, moxq; relictis ibi armatis aliquot qui expectarent dum hoſtes ſe ex ſilua eijcerent ad frontem reuertitur, & ingenti vociferatione adeſſe teſtatus, cum interiora ſiluæ ſubire non auderet, ſuos quouſque porrecta & aperta loca patebant cædentes, progredi iuſſit, donec hoſtes in anguſtas nemoris reliquias & exiguum latendi ſpacium compulſi, illac erumperent qua catenatis vt diximus humi arboribus noſtri obſtacula fecerant: vnde cum eluctari nõ poſſent & multitudine à noſtris vincerentur abiectis armis rogare cœ
« perũt vt vitæ ſuæ parceretur, captiuos ſi
« vellent quacũq; conditione abducerent.
At noſtri receti victoria feroces ad vnũ omnes interficiunt, cuius rei fama cum

ad Solimannum peruenit, & venturum inſuper cum toto exercitu Palatinũ audiſſet,quiduis potius quàm eouſque expectandum ſibi ratus eſt,donec illius copijs vires ciuitatis augerentur,mox magna impedimentorũ parte pręmiſſa maiore ſtrepitu & tumultu, quàm Turcarũ fert conſuetudo diſceſſit,iuſſitque vt cæteri quo quiſque vellet tempore aut ordine ſequeretur.Quę res effecit vt omnibus ęquè maturãtib⁹ cõſimilis fugę profectio videretur. quæ res cum ſub ambiguo ad oppidanos eſſet delata,incitabãt " inuicem ne hoſtem ſic dimitterent, lon- " gum eſſe perterritis & fugientibus Tur- " cis Palatini aduentũ expectare. Vix contineri potuerunt quin confeſtim erumperent,vt hoſti de quo maiores animo triumphos ferre conceperant,inſignem aliquam & memorabilem calamitatẽ inferrẽt: donec per ſpeculatores ei⁹ rei gratia à Philippo Palatino emiſſos fugere hoſtes renunciaretur. Nam ſimulatq; id pro indubitato habitum eſt,magnam ſubito equitum multitudinem emiſerunt, vt celeritate qua poſſent maxima fugiẽtibus imminerẽt,& ſi aſſequi primos nequirent,quos poſſent tamen aut captos,

aut

aut cæſos hoſtilibus reliquijs adimeret, ad quam rem cum omnium æquè flagrarent animi, & quantulacumque cunctatione ſemper aliquam rei benè gerendæ oportunitatem amitterent, ilicò incitatis ad curſum equis, fugiẽtes perſequi inſtituunt, & caſtris præteritis (eo quòd non magnũ ibi ſe operæpreciũ facturos exiſtimabant) ad nouiſſimũ hoſtiũ agmẽ peruenerunt, vbi tantá ſubitò multitudinem cecidêre, tamq; fertilem poſt ſe cadauerũ ſegetẽ reliquêre, vt nullũ fruſtra telum quiſquá direxiſſe videretur. Nam cùm diſperſi (vt in fuga fit) eſſent hoſtes, nec primi vltimis ſubſidio venirent, propterea quod ſe procul à periculo abeſſe crederent, facilimũ fuit noſtris ingentem ſtragem fugiẽtibus inferre. Verũ longius progreſſi cũ nulla vſq̃ impedimẽta, quæ tardius & plęrũq; in vltimo agmine ſequũtur, offenderẽt, ſuſpicati id qđ erat, retro adhuc haud exiguá hoſtiliũ copiarũ manũ circa impedimenta in inſidijs abditá eſſe, quę ne à tergo inopinãtes inuaderet, & receptu ad ſuos prohiberet, ſubueriti: inter ſe cõſultant & ab his qui rerum vſu plurimũ ſapiebant, ſententias exquirũt, quid quiſq; optimũ factu iudi-

caret, alijſq; aliud adferentibus placuit quorundã ſentẽtia exiſtimãtium vnum omnino optimũ & factu neceſſariũ eſſe, mittẽdos videlicet exploratores qui renunciarẽt, quo in loco & quãto numero hoſtes ſe abdidiſſent, & interea ne timoris ſuſpicione fugiẽtibus redeũdi occaſionẽm patefacerẽt, eadẽ quidẽ fiducia hoſti vt ante imminendũ eſſe, ſed diſſimulãter & minori cũ feſtinatione: idque duas ob cauſas, vt & hoſtes longius abacti, ſuis ſi nobiſcum confligerent auxiliũ ferre non poſſent, & vt noſtri accerſitis ex ciuitate copijs ſi opus eſſet maturè ſe iungerent, & infeſti exercitus reliquias facta vndiquaque irruptione ita opprimerent vt nullus qui poſtremam eius belli Cataſtrophen ad ſuos deferret, relinqueretur: & quæ dixi ante, facta ſunt omnia celeriter: miſſi exploratores, qui renuntiant in caſtris latere hoſtes, miſſi & ad ciuitatem nuncij ſocios ſecum circa hoſtium caſtra deducunt, & ij qui fugientibus inſtiterant, relictis paucis qui fines cuſtodirent, obuiam ſuis ad caſtra oppugnanda reuerſi ſunt. In itinere duos capiunt genere, vt poſtea compertũ eſt, non ignobili, qui à noſtris vitam pacti

omnia

« omnia ſuorum conſilia prodiderunt: ni-
« mirum aliter multo quàm rati eſſent ce-
« cidiſſe. Nam cum ſoluendę obſidionis ſi-
« mulatione oppidanos eijcere, & duabus
« vtrinque copijs incluſos cogere ad præ-
« lium cõmittendũ conſtituiſſent, præter
« omnium opinionem, ſimulationẽ in ne-
« ceſſitatem conuerſam magnum ſuis de-
« trimentum, rerumque omnium deſpera-
« tionem attuliſſe. Sed cum his qui in in-
ſidijs relicti erant nihil ſpei in fuga ſuper-
eſſet, & neceſſe eſſet eis, aut pugnãdo vi-
am ad eruptionẽ patefacere, aut noſtro-
rum oppugnationẽ expectare, nec vtrũ-
libet horum ſatis tutum factu arbitrarẽ-
tur, eò quòd nulla agri pars, qua aliqua
ſperari euaſio poſſet præſidio careret, &
viribus ac militum numero longè infra
nos eſſent, ſubitũ tamen ex tempore cõ-
ſilium capiunt, & caſtra quæ latiora q̃
pro ſuorum militum paucitate eſſent in-
credibili celeritate anguſtiora faciũt; &
vallo pedum 13. & foſſa 17. pedum alti-
tudine communiunt, ac inſuper omnia
quæ deeſſe operi videbantur perficiunt,
ſtatuuntque potius aliquantula ſeduli-
tate oppidanos morari, quàm in certiſſi-
mam perniciem ſe conijcere, propterea
quod

quód in altero aliqua melioris ſpei con
ditio appareret, poſſe nimirum fieri vt
interea à ſuis, quos nondum tam procul
abactos credebât ſubſidium mitteretur.
Ad quam rem etiam peroportunum erat
legationibus vltro citroque factis tẽpus
conſumere: Itaq; primum omnium Im-
briuaſcha harũ copiarum Præfectus, Ma
meluchum quendam natione Italum ad
Palatinum & proceres miſit, qui diceret
Solimannum Turcarum Imperatorem »
nunquàm tam diuturna obſidione Vien »
nam ſollicitaturum fuiſſe, niſi credidiſ- »
ſet maximas in ciuitate copias eſſe, atq; »
adeò Regem Ferdinandum, cum quo vt »
prælio contenderet finibus ſuis exceſſiſ- »
ſe, non tam dominandi libidine, quàm vt »
de iniurijs quas ab eo accepiſſet ſevlciſce »
retur. Nec vnquàm ciuitati, ſi viciſſet, »
abſente Rege cõtumeliam facturum fuiſ-
ſe. Cum hac legatione, cuius vt diximus
Princeps erat Mameluchus, duos capti-
uos remittit, alterũ nobili genere, alterũ
de plebe natũ. Quos cũ ciuitas recepiſſet
totidem remittit, & proceres legato re-
ſpondẽt, ſe regias iniurias pro ſuis duce- »
re, & ſi quid in eius maieſtatem iniquius »
molirentur, putare id omnino ad ſe per- »
tinere

« tinere, & quòd non crederēt ſibi nocitu
« rum nō fuiſſe ſi ſuccubuiſſent, quare eos
« nunc vt antea ſemper pro hoſtibus duce
« rēt, nec poſthac purgationes vllas, aut le
« gationes admittere cōſtituiſſent, ipſi ſuis
« rebus modo quo poſſent optimo conſule
rent. Quę reſpōſa & ſi hoſtes facile intelli
gerent eo tendere quo minimè volebant,
& nulla res maiorē eis hoc rerum caſu
difficultatem adferret, quàm neceſſariorū
omniū defectus, obſtinate tamē omnia po
tius ferre, quàm vltro aduerſariorū con-
tumelijs ſe præbere conſtituerunt. Mittū
tur imprimis ad Solimānum literæ ma-
gnis propoſitis præmijs qui eas pertuliſ-
ſent: verū omnibus vijs obſeſſis, miſſi in-
tercipiūtur, & noſtri maximis copijs ca
ſtra oppugnant, illi reſiſtunt. Idem dein-
ceps cum ſæpius à noſtris iteraretur, &
hoſtes nullum ne nocturni quidem tem-
poris laborem intermitterent, tandē de-
ficiunt, & vix noſtrorum incurſum ſuſti-
nentes inter ſpem metumq; ambigui, per
eam caſtrorum partem quę ad Septen-
triones pertinebat, eo quòd diuerſa ab
hoſtibus & præ alijs fugę oportuna ma-
gis eſſet, ingenti clamore erumpunt: rati
melius eſſe, cum omni ſpe ſalutis deſti-
tuerentur

fuerentur, experiri quid Fortuna, quæ ſubinde deſperatis rebus afflictos reſpicit, largiretur. Noſtri venientes excipiunt, & maximam partem interficiunt, præter paucos qui elapſi ex prælio, cuius vbique triſtiſſima facies & formidabile ſpectaculum apparebat, incertis itineribus ad ſuos euaſerunt. Impedimenta omnia quæ hoſtes in caſtris reliquerant inter milites diuiſa ſunt, ijs tantum vſui publico reſeruatis, & in armamentarium Senatus populiq́ue redactis, quę & publicè prodeſſe & ſine magno cõmodo à ſingulis poſſideri poterãt. Sic tandẽ Dei Opt. Max. beneficio Auſtria ab hoſtili trepidatione liberata eſt, & ij quorum præcipuè virtus in hoc periculo enituerat, maximis præmijs & honoribus à Republi. affecti æternam ſibi famam & virtutis opinionem immortalem pepererunt.

At Solimannus cum ſe capiendę iſtius ciuitatis ſpe decidiſſe, nec quicquam, niſi vt inſtauratis viribus eodem reuerteretur ad priſtinã belli gloriã retinendã, ſupereſſe intelligeret: aliquãdiu reſpirãs, donec ex poſtremã hac calamitate cõualuiſſet iterum in Hũgariã nõ minoribus

quàm

quàm antea copijs proficiſcitur, & Gunſium Hungariæ exiguo intus præſidio cuſtoditũ factis aliquot oppugnationib⁹ eò redegit, vt miſſis ad eũ de deditione legatis, etiã iniquiſſimas cõditiones ſibi præſcribi pateretur. Quod factum, cùm ad Carolum V. & Ferdinandum fratres delatum eſſet, qui id tẽporis Ratisbonæ Comitia de rebus Imperij contra Turcarum violentiam conſeruandis agitabant, ſubitò ex omnibus Germanicę militiæ ordinibus exercitu coacto in Auſtriam nullo tempore intermiſſo contenderunt, hoſtemq́ue qui iam longè lateq́ue per Hungariam & Auſtriam graſſatus ingentes prędas fecerat Belgradum vſq; vnde exierat retrocedere, & noſtri exercitus furorem declinare compulerunt. Habebant eo tempore Chriſtiani maiorem fortioremq́ue exercitum, quàm antea nunquã à Cõſtantini vſque tempore Romanum Imperium ſub ſignis militaribus eduxerat. Turca armatorũ ducenta milia, Chriſtiani peditum milia octoginta, equitum Galeatorũ ex Germanis, Italis, & Hiſpanis præter ſcutatos Hungaros ad 30. ferè milia coëgiſſe dicebãtur: quas copias ſi Fortuna ſemel commiſiſſet non

dubium eſt quin aut Turcæ Chriſtianis, aut Chriſtiani Turcis fuerint imperaturi. Sed quia vel ſic neceſſe erat, vel id mores noſtri magis indies magiſque degeneres meruiſſe videbantur, vitauit confligendi oportunitatem Solimannus, vt maioribus poſtea nos vreret calamitatibus, ad quas haud contemnendos ſibi fecit introitus cum Principum noſtrorum inter ſe diſſentiones oportunam prædæ Hungariam effeciſſent, quarum cuſtos oculatiſſimus Solimannus ſingula penè momenta, ne vel minimam benè gerendæ rei occaſionem amitteret, obſeruabat. Et denuo Budam Hungariæ ſedem de qua cum Monacho Regij infantis tutore Ferdinandus contendebat, vtroque repulſo occupauit: quòd paulò altius ab ipſis initijs operæpretium eſt repetere. Ioannes Vaiuoda de quo ante diximus, vt Ferdinando Budam, aliaque Hungariæ loca munitiſſima per fraudes extorſerit: is confirmatis in hoc regno viribus Budam annis non paucis inter duos hoſtes in pace continuit, ſic tamen vt non abſit ſuſpicio quin quotidianis apud Solimannum deprecatoribus inſtiterit, vt eam ciuitatem in pa-

ce haberet. Moriens, filio infanti, quia
per ætatem rerum adminiſtrationi non
erat idoneus, Georgium Monachum te-
ſtamento tutorem ſcripſit, qui ſtatim
Tranſyluaniam totam, Budam, Peſtam,
& quod reliquum in Hungaria Vaiuo-
dæ patri paruerat, vt puero quoq; fidem
daret ſacramento adegit. Cuius rei fa-
ma cum ad Ferdinandum delata eſt, qui
id temporis Haganoæ fratris nomine
cum potentiſſimis Germanię proceribus
comitia habebat, poſthabitis omnibus
conſcriptoq; extemplò exercitu in Hũ-
gariam proficiſcitur priuſquã aucta Mo
nachi potentia & autoritate omni ſpe
recuperãdi regni excluderetur, Budam
obſidet. Mittit ad eum legatos Mona-
„ chus, dictitans habere ſe quæ ad vtriuſ-
„ que dignitatem & ſalutem conſeruan-
„ dam pertinerent, & cupere de ijs collo-
„ qui, diemque quam vellet ei rei conſti-
„ tueret. Accepit conditionem Ferdinan
dus eo lubentius, quòd crederet Mona-
chum rediiſſe ad ſanitatem, & ſine ſan
guine hanc ciuitatem reſtituere velle,
quàm tanta iniuria tantaque armorum
pertinacia pater contra ſe defendiſſet.
Cùm dies colloquio dictus aduenit, e gre
ditur

ditur cum ſuis Monachus, quibus (ſi quid accidiſſet) ſalutem ſuam & defenſionem commendauerat, iuſſiſque aliquantulo interuallo ab hoſtium caſtris ſubſiſtere, ipſe in æquam planiciem pari ferè ſpacio à copijs vtriuſque conſtitit. Proceſſit & ex altera parte Ferdinādi legatus, vix ad inuicem porrecta vtrinque haſta conuenerunt: cum mox ſoluta ſpontè inter noſtros bombarda detonuit, quæ ſolis (vt creditum eſt) feruore calefacta in manibus ſclopiarij exarſerat, quā cùm Monachus in ſe dirigi exiſtimaret, retrocedens: Abi perfide, in- ,,
quit, & ad tuos reuertere, mox ſcies qd ,,
ſit hoſtes per fidem in colloquio circum ,,
uenire: eductoque enſe: Per Deum, in- ,,
quit, iuro, nunquam poſthac apud me ,,
fides Chriſtianorum valitura eſt. Et ſic ,,
re infecta vtrique ad ſuos reuerterunt.

Monachus Legatum ad Turcas con ,,
tinuo mittit, qui ab eo auxilium con- ,,
tra Chriſtianos petat, promittit ſe illi ,,
liberam Hungariæ poſſeſſionem datu- ,,
rum, ſi Ferdinandi copias, quæ tum ,,
Budam obſidione tenebant, afflixiſſet, ,,
& confeciſſet. Mox aduolat cum incre- ,,
dibili multitudine Solimannus, & Fer- ,,

dinandi copias maxima tamen ſuorum clade fundit fugatque: nec ſatis ſcio an alias funeſta magis victoria potitus ſit. Budam rurſus occupat, & Peſtam ex altera Danubij ripa ſitam arcem firmiſſimumque propugnaculum expugnat, vbi ingentem inuenit armamentorum omnis generis ſupellectilem, Stridonium Quinqueccleſias aliaque loca, & arte & natura munita tam celeriter occupauit vt auditu ferè ſit incredibile. Monachũ cum infante & vidua Vainodæ matre infantis in tranſyluaniam miſit, vt illam prouinciam quantum in ſe eſſet omni metu ſolicitudineque vacui poſſiderent. Hactenus incredibilibus ab noſtra parte auctus victorijs, vt apud cæteras quoque gentes illuſtre ſibi nomen & quoquouerſus formidabile compararet, primùm in Aphricam magnà ad eam rem claſſe inſtructa tranſmittit, & Tunetanum Regem iam tum nihil hoſtile timẽtem aggreditur & regno exturbat, omnibus in propinquo locis cędibus, rapinis & incendiis deſolatis infinitam hominum multitudinem ſub iugum mittit, & duriſſimam more ſuo ſeruitutem ſeruire coëgit, donec Carolus V. Romanorum Impera-

Imperator indigniſſima iſtius Regis fortuna & iuſtis quęrelis excitatus, quia Romanorum ſocietatem multis annis ſanctiſsime coluerat, eodem quoque ex portu Siculo maxima potentia traiecit & Regem regno, plębemque afflictiſsimam priſtinæ libertati reſtituit, & tam firmis ea loca contra Turcarum violentiam & irruptiones pręſidijs communiuit, vt tanquàm deſperata impoſterum ab ea parte victoria, & Germanorum potentiæ cedentes ad Perſas vſque diffugerint, cum quibus ambigua diu Fortuna conflictantes, ſemel victores occupata Tauro ciuitate euaſerunt, qua victoria cùm inſolenter vterentur, nec cogitarét quòd antea ſæpe factum audierant, tantas eſſe Perſarum opes, tantamque apud eos hominum copiam, vt ſi quid in bello detrimenti accepiſſent, non modo id breui tẽpore ſarcire, ſed etiam maioribus adaugere copijs celeriter conſueuiſſent. Oppreſſi itaq; in eadem ciuitate Turcę Perſarum diſciplina & celeritate omnẽ Imperij ſupellectilem, & pręcipuas Regalis faſtus diuitias amiſerũt. Illinc rurſus in Gręciam reuerſus Zacinthum, Cythera, Parum, Æginam, Naxũ, totam denique

Tyrrheni maris omnia deprædatur, & Stiriam vndique latrociniis infeſtam facit. Dalmatiam quoque quæ præſidijs Hiſpanicis, qua adiri ab hoſtibus poterat, defendebatur, incurrit: & Caſtellū Nouum expoliat, omnibus intus armatis inermibusque trucidatis, eò quòd de deditione legatos mittere neglexiſſent, priusquam certa penès hoſtem victoria conſtitiſſet. Ex hoc propugnaculo quotidianis excurſionibus Turcæ longè lateque Chriſtianos impunè laceſſere, & maximo ſubinde incōmodo poterāt afficere, propterea quòd introrſus ſitū brachijs vtrinque noſtrarum terrarum circumſideretur. Quæ quia rarius incoluntur haud facilè, quamuis exiguis hoſtiū copijs & incurſionibus reſiſtunt. Sic veluti Imperium per Dalmatiam, Styriā, Carinthiam & Hungariam, omniaque Europæ extrema conſecuti ſunt, eoque potentiæ paucis retrò temporibus euaſerunt, vt videantur oēs contra ſe Chriſtianorum conatus facilè cùm volent, parua reſiſtentium manu ludificaturi. Cuius rei exemplū annis ſuperioribus ediderūt, cùm Ioachimus Brandeburgēſis ab Imperio contra Turcas incredibi

li ex

li ex omnibus vndiq; nationibus & ter-
ris coacto exercitu ad Budam Hunga-
riȩ ſedem recuperandam emiſſus eſt:quē
furentem primò, & velut armis omnia
ſubacturum ita cōpeſcuerunt, vt infecta
re,contentus fuerit,priuſquam etiā cala
mitate afficeretur, ab armis diſcedere,
& maximo pudore ad ſuos reuerti. Qđ
cùm eum facturum intelligerent hoſtes,
aliquam omnino de illo victoriā priuſ-
quàm diſcederet auferendam rati,in de-
xtram exercitus noſtri alā, quā ferè to-
tam Belgæ obtinebant,irruptionem fecē
re, vnde quingentos vel amplius viros
fortiſſimos abduxerunt, quos non in-
terfecère,ſed inauditis& triſtiſſimis mu
tilationibus deformatos, in vniuerſam
Græciam dimiſerunt, vt fama recentis
victoriæ per omnes ilicò terras & popu
los diuulgaretur. Supplicij autem gene
re vno in omnes vſi ſunt. Primùm can-
denti ferro dextrum brachium traijcien
tes,effecerunt,vt poſthac(ſi vnquam ad
ſuos reuerterentur) inutiles eſſent operi
& militiæ. Deinde verticem capitis ad
caluariam vſque detunderunt ea ferè la-
titudine,qua plærumque Monachi regu
lares coronas geſtant. Ac tertio penem

ex ordine omnibus execuêre, quòd vulnus vt maximæ eorum parti lætale extitit, ita paucis qui ei malo ſuperfuêre, quauis morte duriorem acerbioremque vitam reliquerunt. Et ne quis commentitium hoc, aut leui auditione ad nos perueniſſe exiſtimet, annis ſuperioribus cũ Viennę in Auſtria degerem, datum eſt mihi vnum ex iſtis videre, qui fortè elapſus Viennam peruenerat, & vlterius in Belgas Bruxellam vſque, vbi vxorem & liberos diſcedens reliquerat, reuertiſſet niſi putaſſet (ita vt erat) amiſſis virilibus ſe minimè gratum vxori affuturum.

Sed ad Solimannũ reuertor, qui fœdera ſubinde cũ Chriſtianis pepegit, quibus tamẽ obligari ſe haud diutius credidit, ꝗ̃ non magnum aliquod ad ea violãda operępretium eſſet cõſecutus. Sic Venetis inſulas aliquot & deditiones eripuit, ſic ingentes egit per Siciliæ & Campaniæ littora prædas, magnáq; hominum frequentiam, qui ſe induciarum fide tutiſſimos eſſe credebãt, in ſeruitutẽ abſtraxit, & contra Perſas pugnans in prima ſemp acie, vt ſuis parceret, cõſtituit: nec referre arbitratur virtute ne an ſcelere & perfidia vnicat, dũ noſtras decreſcere opes

&

& minui potentiā intelligat modò. Ve- "
rum cum ſic à ſuperis cõparatū ſit vt "
aliquouſq; impune ſuis libidinibus fruā "
tur homines & rerū præſentiū opportuni- "
tatibus incitati, nihil non audeant ſcele "
ris & flagitij perpetrare, donec ad extre "
mū erumpat vindicta, & vna calamitas "
ſuperiorum annorum omniū vlciſcatur "
licentiā, Sic Solimānus tot & tantis vi-
ctorijs elatus & tā multis ſuppliciorum
generibus in Chriſtianū ſanguinē longe
lateq; graſſatus, fœderia toties & induci-
arū pacta prętergreſſus, Muſtaphā filium
natu inter cæteros maiorē amiſit, maxi-
mis propoſitis premijs ſi quis amiſſum
filiū ſeu viuū ſeu aliâs quomodocūq; poſ
ſet indicaſſet: cumq; nullus prodiret qui
inuētum à ſe teſtaretur, vereri cœpit Soli
mānus ne ſibi, quod pleriſq; maiorū ſuo-
rum accidiſſe intellexerat, eueniret: pro-
pterea quod eum animo eſſe feroci, & ad
regnādum cupidiſſimo nō ignoraret: au
gebāt præterea ſuſpitionē nutricis que-
relæ, quæ ſibi non ſemel ab ipſo impera-
tū cōfitebatur vt fratrē natu ſecundum
quem à parentibus præ ſe diligi ægreſe-
rebat interficeret. Nec multò poſt audi-
tum eſt Perſas maiore quàm antea nun-
quam

quã exercitu in Armeniam incumbere, ipſumq́; cum hoſtilibus copijs Muſtaphã tam crudeliter paterni Imperij fines affli gere, vt omnia ilico, niſi maturè obuiã iretur, eius furori ceſſura viderentur Nã priuſquam Solimannus ſe probe rebus omnibus ad tam magnam militiam incũdam comparatis inſtruxiſſet, iam filius ei duodecim potentiſſimas ciuitates & agros frugum omniũ abundãtia lętiſſimos ademerat. quę calamitas ſic eũ affecit vt multis poſthac tẽporibus à concepta toties in Chriſtianos expeditione abſtinuerit, donec anno ſuperiore Chriſtianorũ inter ſe diſſentionibus experrectus, priuscõſilio & inſidijs q̃ bello tentare cœpit, nũqd poſſet in Trãſiluania proficere, quæ fratis Georgij Monachi & Petri Vuiſco æmulationibus perturbata, facile admiſſura nouũ dominũ videbatur. Verum cũ res ab hac parte ſucceſſu caruiſſet, & Monachus à Ferdinãdi Regis militibus, eo quod Regẽ cum exercitu prodere hoſtibus cõſtituerat, nocte intempeſta obtruncatus eſſet, hinc in Aphricam trãſiliens (quę maxima diſtantia eſt) Tripolin Chriſtianorũ aduerſus Barbaros in Aphricano littore propugnaculum eo

anguſtia

anguſtiarum redegit, vt dédere ſe hoſti etiam iniquiſſimis conditionibus cogeretur. quod tũç accidit cum Galliarum Rex Henricus Carolum Quintũ Ro.Imperatorem ad Parmã diſtineret,nec ſatis maturè obſeſſis ſubmitti auxilia poſſent; propter ingẽtes tumultuationes,quibus eo tempore tota vndique flagrabat Italia, & præcipue Neapolis omnium fere inter duospotẽtiſſimosorbis Monarchas diſcordiarum ſeminariũ,quę cum magis indies magiſq; gliſcerent & non facile ab armis diſceſſuri viderenrur,priuſquã alterum alter ſupplantaſſet.Turca nunq̃ ſui immemor terra mariq; Chriſtianos laceſſere & intolerãdis fraudibus quacũq; occaſione circũuenire, prçſertim in finibus Hungariæ ne Carolus & Ferdinandus fratres Imperatores plenis viribus cõtra Gallum iungerentur, quo ipſe ſibi iã tũ,vt fama eſt,arctiſſimo amicitię fœdere deuincto vtebatur.etſi nõ leuẽ quoq; ab ipſis Hũgaris rei benè gerẽdę oportunitatẽ accepiſſe videretur. Inter quos alij q loca aliquot prçſidijs ꝓuincialib⁹ inſeſſa per iniuriã occupauerant:alij qui regia caſtra oppignorata minimo prætio poſſident Turcam indies ſollicitauerint

vt oportunitate pręſentis tẽporis vtatur & modo Hungariã Chriſtianis inter ſe ciuili diſcordia diſſidentibus inuadat,nõ dubiũ fore quem tota ilico ſine difficultate potiturus ſit. Id autẽ propterea hortãtur ne loca quę (vt ante diximus)exigua pecunia habent oppignorata, quæ mox redemptũ iri intellexerunt,reſtituere Ferdinando cogantur. Et certe omnino his oportunitatibus vſurus erat Solimãnus , niſi eum domeſticæ calamitates q̃ plurimę & maximę à ꝓpoſito reuocaſſent. Nã cũ ex omnib⁹ vndiq; terris maximas copias numerũq; militũ incredibilẽ coëgiſſet,& iã in ꝓcinctu eſſet,ingẽs ilicò peſtis & cõtagio inuaſit exercitũ: qui cũ diuvno in loco cõtineri nõ poſſet, & omnia in circuitu corrupti aëris contagione implerẽtur,eò tandẽ ſcabies militaris progreſſa eſt, vt totam ferè Thraciã,Macedoniã,Bythiniam & Hungariã vno quaſi funere & tumulo polluerit. Imò etiam in ipſam Auſtriam hoc malũ ſe tam latè & crudeliter inſinuauit,vt ferè neceſſe ſit nouis alicundè deductis colonijs vacuas mortuorũ ſedes manſionẽſque occupari. Et hæc fuit cauſa quouis bello deteſtabilior,quæ Rempub.à ſumma

ma

ma armorũ expectatione in ociũ & tran
quillitatem cõuertit.etſi hac calamitate
non ita reſederint animi hoſtiũ,quin ali-
quando ſpeciem aliquã intermiſſi furoris
oſtendant,factis ſubinde excurſionibus,
& qua ad noſtros tutũ habent acceſſum
pecoribus abactis. ſegnius tamẽ negligẽ
tiusq; q̃ antea , eò ꝙ fama ſit Moldauiæ
deſpotam Regulum potentiſſimũ, & ha
ctenus multis annis Turcę addictum ad
noſtras partes defeciſſe,& Germanorum
amicitiã deinceps ſanctiſſimè colere cõ-
ſtituiſſe. Idem de Podolia futurum pro-
mittunt,crebri ad Ferdinandũ miſſi nun
cij,qui grauiter de Solimanni iniurijs cõ
queruntur, nec vltra videntur iniquiſſi-
mi Principis ſocietatem toleraturi.Quid
dicam de Moſcouita & magno Pruſſiæ
Domino,qui nõ obſcurê ſui animi & vo
luntatis ſignificationẽ qualis ſit declara
uerunt, cum anno ſuperiore ad Ferdinã
dum cum minime barbara auri argen-
tique ſupellectile legatos miſerunt, quo-
rum mandata etſi vulgo ignorentur, nõ
dubium tamen eſt,quin aliquam conſpi
rationem in communis hoſtis perniciem
cõceperint.Vt Chriſtiani principes cum
Barbaris illis Regibus in vnum fœdus &
ſocie

ſocietatem coaleſcant. Quod ſi fiat (vt ſperamus) quid reſtat niſi vt ab Oriente in vltimas Occidẽtis anguſtias ſuperbũ illud & minax Turcarũ genus depoſito ſupercilio profligetur, & ſentiat nõ poſſe perpetuum aut ſtabile eſſe Imperium, quod per ſcelus & proditiones occupauerit.

¶ Finis ſecundi libri.

RERVM TVRCICARVM LIBER III. QVI *continet breuiter res Turcicas in annos ſingulos diſtributas, Eodem Io. Ramo autore.*

¶ OTTHOMANNVS.

HIc tertius liber nihil diuerſum à ſuperioribus cõtinet, q̃ quod ea quæ tum à Secũdino tum à nobis latius ſunt expoſita, hic in anguſtũ memoriæ confirmãdæ gratia reuocata ſint, cum fideli ac dilucida temporum & annorum ſupputatione, vt

ne quis ignoret, quid eorum quæ antè dicta ſunt, quóue tempore aut ordine cō tigerunt. Contra rurſum, quę ab ipſo Secundino nimio ſubinde compẽdio omiſſa videbãtur, ſeorſim hoc tertio libro ſuppleuimus, ne vetuſtiſſimi, & terſiſſimi autoris opuſculo tenebras offunderemus, qui debebat aut omnino non, aut ſane caſtus & incorruptus è noſtris manibus in publicum proficiſci. Et vt ab ipſis rudimentis rerum Turcicarum hiſtoria cognoſcatur, non poteſt hoc prætermitti, quod Imperante apud Romanos Heraclio, anno poſt natum Chriſtum ſexcenteſimo, Mahumetus apud Saracenos ſuæ ſectæ fundamenta ac ſeminaria fecerit, quæ indies magis magiſq; aucta, non finitimas tãtũ & Arabiæ attributas prouincias, ſed maxima & remotiſſima regna imbuerunt Ægyptum, Syriam, Aſiã & Aphricam: in quibus cũ pręcipue virtute & opibus Turcę à Scythis oriundi eminerent, & Mahumeticis inſtitutis legibuſq; vterentur, vt auſpicia quædã ꝓrogãdi nominis ſui facerẽt, fatali quadã ambitione de ſe Turcicũ regnũ, qđ ante Mahumeti nomine inſigne erat, appellauerũt. In quo veteris nobilitatis ſdole & *Mahumetus.*

gloria exoleſcente, nouorum hominũ fa miliæ quatuor ſunt exortæ, quę plus cæteris rerum geſtarum excellentia pollebant circa annum 1280. Aſambaci, Cādelori, Caramani, Othomani, qui (vt plęrunq; fit) rati melius eſſe ſolidũ penes vnum q̃ in tot capita diſtractum eſſe imperium, mutuis inuicem diſſentionibus deleuerunt, ſola poſt alias Othomanorũ familia ab Othomano Zichi filio nomē adepta, ſuperſtite. qui (vt diximus (Regulis Turcicis paſſim trucidatis, & excuſſo Caliphe Sultani, iugo Regem ſe conſtituit Turcarũ. Bythiniam, Cappadociā, cæteraq; Ponto Euxino propinqua loca Imperio ſuo adiecit. In quo ſumma vicinorum omniũ iniuria annis octo & viginti verſatus eſt. Alberto Auſtriaco Imperium & Bonifacio octauo Pontificatũ gerente, circiter annum 1300.

¶ ORCHANES.

HVic filius Orchanes anno 1328. ſucceſſit Qui Myſios, Lycaonas, Cares, Phrygas, cęteraq; ad Helleſpontũ vſq; loca longe lateq; ſubiugauit. & à Catacuzeno, cōtra Paleologos de ſumma rerum inter ſe contendentes, in Græciā accerſitus Pruſiā ampliſſimā

vrbem

vrbem (de qua ferè omnis inter Græcos erat controuerſia) ſibi vendicauit, ibiq; Regiá paterni Imperij ſedem cõſtituit, qui locus adhuc hodie ſepultura Turcarum celebris eſt. Caramanũ quoq; generum ſuum maximis contumelijs affecit: cui præter pacta & conuentiones ademit ciuitates q̃plurimas, filiumq; etiamnũ impuberem & vixdum decennẽ per inſidias trucidauit, ne ſi vnquá adoleſceret, paternas iniurias vlciſceretur. Tandem cõtra Tartaros infœliciter pugnãs occiditur: etſi alij exiſtimẽt ex vulnere ad Pruſiá accepto interijſſe: vtcũq; ſit parũ refert, dũmodo meminerimus ne à recta temporũ ſupputatione abducamur. Regnauit enim communi omniũ calculo annis duobus & viginti. quo tempore Ludouicus Bauarus Romanorum Imperium adminiſtrabat, quos ſi ſuperioribus addas, efficient 1 3 5 0. annos.

¶ AMVRATES.

AMurates Orchanem patrẽ mox in regno ſecutus eſt, & à Caiacuſino, cui cum alio cõtrouerſia de Imperio Cõſtãtinopolitano exorta erat in Europã ex Aſia vocatur, vt ei auxiliũ contra competitorem ferret quod bel-

ſum de induſtria trahens Amurates, per ſpeciem maioris auxili ex Aſia tranſportandi. Callipolin ad fauces Helleſponti ac Beſſos, Tribalos, Rhodopē, Orbelum aliaſq; circa ciuitates occupauit. longiuſq; progreſſus nō paruā Thraciȩ partem ſibi ſubiecit, latoſq: in ea fines multitudini ad incoledum deſcripſit, Adrianopolin Regiȩ ſedem cepit anno 1363. cumq; magnas per Bulgariam Seruiam & Myſiam ſuperiorē prædas ageret, Lazarum Seruiȩ deſpotam in campis Caſſouijs obuium & rebellantem cepit. quē quia cōtumelioſe ac parum humaniter habebat, à miniſtro domini ſui iniurias moleſtè ferente, Amurates pugione confoditur, anno Chriſti 1373. Regnauit igitur annis 23. tēporibus Caroli Quarti. & Georgio vndecimo Pontificē agente. relictis duobus à ſe filijs Solimanno ſeniore & Baiazete natu ſecundo.

¶ BAIAZETES.

CÆde Amuratis diebus aliquot interregnum fuit, nimirum rixantibus inter ſe de ſucceſſione fratribus, quorum alter qui iunior erat, cum iure deſtitueretur, alterum per inſidias ſuſtulit, perſuaſus flagitium nō eſſe quod

quiſq; regnandi cauſa faceret. Marcum
CraienicumBulgarorum Regem eodem
quo regnũ ingreſſus eſt anno, cum vni-
uerſa ipſius nobilitate prælio ſuperatum
interfecit,eaq; victoria ferocior, ilico ad
Thraciam, Theſſaliã, Macedoniam, Pho
cidẽ, Boeotiam, & Atticam regiones po
tentiſſimas fructuoſiſſimaſq; occupãdas
animũ adiecit. quod propoſitũ cũ celeri
us q̃ pro terrarum magnitudine imple-
uiſſet, finitimis propinquiſque omnibus
tantum timoris incuſſit vt vndiq; legã
ti ad eum à Regulis mitterẽtur qui ſe in
eius ſocietatem & clientelam inſinuarẽt.
Cœteros autẽ qui id facere neglexiſſent
armis eouſq; fatigabat donec vltro ſuarũ
rerum anguſtijs & difficultatibus eo im
pellerentur. Inter quos Myſij, Croate,
Illyrici Albani, Valachi fuiſſe comme-
morãtur, quos (quia bellicoſiores ſunt &
ęgrius q̃ Medi, Perſæ, aut Phócides iugũ
recipiunt) ita excurſionibus populatio-
nibuſque contriuit vt erigere ſe ad repu
gnandum nequirent. anno (vt creditur)
1379: à quo tempore vſque ad annum
1389. Imperatoriam affectans ſublimi-
tatem Conſtantinopolin obſedit, quæ
cum pertinaciter reſiſteret & ipſe alijs

 alibi

alibi neceſſitatibus armiſque premere-tur, coactus eſt ab ea, re infecta diſcede-re, imminentibus nimirum à tergo Scy-this, quorum Tamberlanus interfectis Turcis ad ducēta ferè milia regem quo-que ipſum Baiazetem captiuum è prælio abduxit. tantiſque inſuper contumelijs affecit, vt equum ex eius dorſo plærum-que conſcenderet. Medos ei & Armeni-os abſtulit. Totamque Ægyptum tam fœdè populationibus & rapinis macu-lauit, vt nullo vnquam tempore ſui ſimi lis futura videretur. qui rerum ſtatus Turcicum regnum ab anno 89. ad 97. vſque annum afflixit.

¶ CALEPINVS.

CAlepinus Baiazeti filius, cæteris fratribus quos complures habebat apud Scythas captis ſolus euaſit, & regnum paternum adeptus eſt, quod non amplius annis ſex adminiſtrans iu-uenis admodum vita defungitur anno 1404. Huic noſter Secundinus memo rabilem illam Turcarum cōtra Chriſtia nos ad Nicopolin victoriam attribuit, cum ab alijs ferè ad patrem Baiazetem referatur vtcumq; ſit damnoſa admodū Chriſtianis fuit. quam quia pulchrè Pau

lus

lus Æmilius libro hiſtoriarũ decimo de rebus geſtis Francorum recenſuit,operę-pretiũ mihi facturus videbar ſi eam inde ad verbũ huc tranſferrem. Ceperat,inquit,nobilē vrbem(eodem quo & in Epiro & in Aſia aliæ ſunt nomine) Nicopolin. Burgundio iam Budam peruenerat, copiaſq; cum Sigiſmundo iunxerat. Ibi conſilium de ratione belli gerendi habitum. Placuit primo quoq; tēpore in hoſtē mouere,& vti ardore militum pugnā & hoſtem poſcentiũ, Danubiũ tranſeũt. Vbi in Bulgariam atq; hoſticũ ventum eſt, ignobilia oppida p̄ſidijs Turcarũ inſeſſa expugnant. Sui fiducia ac hoſtium contemptus indies augetur. Vno etiam ſatis magno prelio Franci victores captiuos interemêre, nullius virtuti, nullius nobilitati parcentes:ac quaſi certa vniuerſi belli victoria in omnem luxũ, laſciuiam,libidinēq;effunduntur. Auditas etiam apud noſtros eorum voces Ioannes Hungarus ſcribit,illis haſtis quę in Turcas ferrentur non modo hominē nō metuendum, ſed & cœlum ruens ſuſtineri ac fulciri poſſe. quā dicti vecordiam vindex cœleſtiũ vis magna piorũ cæde vlta eſt.Ad Nicopolin caſtra noſtra caſtris ho-

ſtiũ collata ſunt. Sigiſmũdo placebat vt
Hungari Turcicarũ rerũ periti prima in
acie cõſiſterẽt, Frãci agmẽ clauderẽt. Id
ignominioſum ſibi ratus Audacis filius
Audax, in Turcas cũ ſuis ruit, priuſq; cõ
curit q̃ è caſtris Sigiſmũdus ſigna efferẽ
ret, pugnauerũt tamẽ Frãci egregie, cũq;
hoſtiũ ſagittis equi cõfoderẽtur ipſi Cata
phracti ex equis deſiliũt, plures q̃ ꝓ ſuo-
rũ numero occidũt hoſtiũ. Nec dubia vi
ctoria erat, ſi ſecũdę Turcarũ aciei recẽ-
ti integræq; Hũgari & ipſi recẽtibus il-
libatiſq; viribus occurriſſent. Sed Frãco
rũ equi vacui vt ſtrati frenatiq; erant in
caſtra cõſternati reuertẽtes errorẽ iniece
re. Rati enim Hũgari cæſos ſocios ami-
coſq; ſeſe fugę mãdarũt, quã victor mox
hoſtis infeſtã cruentãq; illis reddidit. Ca
ptus Ioannes Burgũdio cum multis ſuo-
rum. Sigiſmũdus ex effuſo curſu nauim
in Danubio nactus cõſcendens nõ prius
fugæ finem, quàm in Exinum Pontum
delatus, fecit. hactenus Æmilius.

¶ MOYSES.

MOyſes Orchanem ex fratre Cale
pino nepotẽ, ad quem iure regnũ
pertinebat, ſuſpẽdio affectum hu
manis exemiſſe, & regios faſces ſibi vẽ-

dicaſſe exiſtimatur anno 1405.

¶ MAHVMETVS.

MAhumetus, ab Otthomanno regū Turcicorum ſeptimus, Baiazeti filius annis decem & quatuor regnauit, nimirum à quinto vſque ad annum decimumnonum. Paternas opes in Aſia Europaq; fractas priſtinæ dignitati reſtituit. Daciam, Seruiam, Valachiam, & Boſnam ſuperiorem partim Græcorum Imperatoribus, partim Hungariæ Regibus attributas & vectigales prouincias ademit. Anno, ſupra milleſimum quadringenteſimum, octauo. Primuſque omnium ex Bithynia in Traciam iuſſit vt Regia ſedes transportaretur, Pruſiæ Adrianopolin præferens, anno vt ſupra vndecimo. Nec multo poſt cum Sigiſmundo Romanorum Imperatore Turcarum omnium primus Danubium tranſgreſſus certamen fecit, quem armamentorum omnis generis ſupellectile & impedimentis ſpoliatum in fugam compulit, tantamq; fugienti ſtragem intulit vt pluiſſe de cœlo cadauera videretur, quæ anno à ſuperiore proximo cōtigerunt. Vnde plenos victriciū armorū faſtu ſpiritus in Macedoniam &

totum maris Ionij tractum ſubiugandum conuertit. Quibus bellis annis aliquot proſperrimè vſus vitam finiuit, anno pro ſuperiorũ ratione decimonono, opeſque filio Amurati non auctas, ſed ſartas & quæ maiorũm negligentia perierant reſtitutas tradidit.

¶ AMVRATES II.

Amurates annis triginta maiorum ſuorũ locũ & dignitatem retinẽs auguſtiorẽ q̃ acceperat effecit. Muſtapham patruum anno regnorũ ſuorum primo .n. 1419. quia contra eum Græcorum Imperium ſuſceperat defendendũ, prælio ſuperatum interfecit: & Græcos (quia patruũ in ipſum concitauerãt armiſq; iuuerant) tanta tyrãnide victor affecit vt plurimæ ex propinquo ciuitates vltro ſe deditum venirent. Seruiam annis octo infeſtis armis multis in ea direptis expugnatiſque ciuitatibus deformauit. Nec vlli vſquam ſexui, ætati, aut ordini parcẽs varia paſſim cruciatuum & ſuppliciorũ exẽpla in captiuos edidit.

Ipſoſque deſpotæ filios, adoleſcentes ſupra omnẽ fidem pulcherimos oculis effoſſis & exectis pudendis armis & maſculis functionibus fecit inutiles, ne poſſent

ſent vnquàm de paternis iniurijs vindi ctam facere. Quę dum ab eo foris geruntur,& domi regnum pacatis in circuitu finibus quietum ſibi conſtituit anni decem & nouem prętereunt. Inſequẽti anno 1438. Theſſalonicam Venetæ ditionis ciuitatem diripuit. Illinc expedito per continentem itinere Belgradum vſque(quæ maxima diſtantia eſt) euagatur, quam ciuitatem cùm non exiguo ſuorum detrimento menſibus ſeptem obſediſſet,ne nihil egiſſe videretur,Hungariá quæ ſe inteſtinorũ motuũ gratia propinare hoſti videbatur,populari maximasq; ex agris hominum pecorumque prędas facere,donec à Ioanne Hunniade haud procul à Saui ripis in fugam compulſus eſt,anno 1439. Quod dedecus anno ab hoc quinto in Chriſtianos retorſit,quorum ad ſeptuaginta ferè triremes anguſtijs Helleſponti incluſas armis & tempeſtatibus afflixit, factoq; ad Varnã prælio pluſq̃ triginta hominum milia, imò & Regem ipſum Vladiſlaum,& Iulianum Cæſarinum Cardinalẽ belli ſuaſorem interfecit: præter hos qui periculi vitandi gratia fugientes in paludibus vulgo locisque ignotis ſuffocati ſunt.

Eodem

ſus deceſſit anno 1450. Imperante apud Rom. Friderico III. & Eugenio Pōtifice.

¶ MAHVMETVS.

CVm ſe Baiazetes regno abdicaſſet, Mahumetus à factioſis aſſumptus eſt an. 1450. qui primū patre, deinde etiā fratrib⁹ duobus interfectis, ſumma mortaliū omniū admiratione, breui duo in Oriente Imperia occupauit, Conſtantinopolitanū an. 1453. quarto Calend. Maias: & Trapezuntinū an. 1460. de quibus etiā Imperator (quod maiorum ſuorum nemini acciderat) à ſuis ſalutatus eſt. Athenas expugnauit & incendit anno 1452. Belgradum nō minore ferè potentia quàm Conſtantinopolin afflixit, & certe expugnaſſet, niſi Hunniadis ſuperuentu fuiſſet impeditus. An. 56. Epirū & Myſiā partim vi, partim dolo cepit. Annis. 64. 65. 66. In Syria & Ægypto deuictis aliquot ciuitatibus, ingētes clades edidit. An. 68. Euboiam Inſulam, an. 1470. plurib⁹ ſuorū q̄ 40. hominū milibus amiſſis vi occupauit. Illyricū ferè totam eodem hoc anno maiorum ſuorum victorijs adiecit, & per Hungariam multas vndique hominum pecorumq; prædas egit. Perſas cùm ſæpe aliâs, tum præcipuè anno 1474 ad

Euphratem fluuium ſuperauit, à quibus & ipſe fuerat biennio ante maximis calamitatibus affectus. Infœliciter cũ Stephano Valacho in Moldauia, anno 75. quatuor ducibus & triginta ſex militaribus ſignis captis cõgreſſus eſt. Nec ſemper cum Venetis ei firma pax & concordia fuit, quibus præter aliâs calamitates quàmplurimas Calchidẽ & Scodram ciuitates, Leucadiam, Neritũ, Cephaleniá, & Zacinthũ inſulas, rerum omnium vbertate abundantes eripuit, anno 1479. Biennio poſt quod ei ſupremũ vitæ fuit, Hydruntum ampliſſimam Apuliæ ciuitatem expugnat. Rhodum nequicq̃ obſidet, ac poſt ingenti (vt vixerat) iracundia æſtuans mortem moritur anno 1481. Regnauit annis vno & triginta. Friderico tertio rem Romanam gubernante.

¶ BAIAZETES II.

HVnc ilico ſecut' eſt Baiazetes filius, qui paternum Imperium varia & ancipiti Fortuna annis vno & triginta tenuit. Duos habuit fratres Muſtapham, qui venereis rebus ac venationibus nimis indulgens in primo ætatis flore extinctus eſt: & Zizimum qui à fratre Baiazete natu minimo regno eiectus pere-

peregre vitam finiuit. Baiazetes autem (vt ante diximus) poſteaquàm annis 31. Imperiũ tenuiſſet pharmaco venenato per filium Selimũ diſpoſito ſublatus eſt, anno 1512.

¶ ZELIMVS.

ZElimi quoque tempora & ſi anguſtiſſima ſint, neſcio tamen an cuiuis ſuperiorum temporum Imperatori rerum geſtarũ magnitudine & excellẽtia minora ſint. Princeps alioqui impietatis & crudelitatis ſcelere notiſſimus. Regnauit annis ſeptem, quibus præter aliâs victorias Sultanũ Ægypti bello aggreſſus ſuperauit, eo quód Perſis contra ſe auxilium tuliſſet, eique Syriam totam & Hieroſolimam ademit. Poſt quoq; duos alios Sultanos vicit & occidit, totũq; Imperiũ Ægypti & Arabiæ ſibi vendicauit, anno 1516. Poſt Dyſenteria ac torminibus diu multumque cruciatus interijt, anno 1519.

¶ SOLIMANNVS.

MOrs Zelimi Solimanno filio locũ fecit. qui mox in initijs Imperij ſui Gazelli in Siria factiones deleuit. Sequenti anno maius quiddam auſus Belgradum in Hungaria, ac poſt hũc,

pro-

proximo(qui erat 1522.) Rhodũ inſulã Ipſo die Natalis Chriſti Chriſtianis eripuit.Ludouicus in etiã Hungariæ Regẽ impari longe armatorũ numero & iniquo loco cum eo pugnantem amiſimus anno poſt captã Rhodũ, ni fallor, quarto. Budã firmiſſimã ciuitatẽ Hungariæ metropolin captis obſidib⁹ in deditionẽ recepit:vnde,priusq̃ recentiũ victoriarũ ſpirit⁹ lãgueſcerẽt Viennã quoq; Auſtriacorũ iniquiſſima obſidione ſollicitat, à quamultis ſuorũ et,ſivera eſt fama,plusq̃ 80. hominum milibus amiſſis re infecta omniũ rerũ difficultate laborãs diſcedere coactus eſt,anno 1529.poſt quẽ tertio rurſus anno Gunſium Hungariæ oppidũ lum cum in deditionem accepiſſet & Carolum V.ad ſe properare per exploratores cognouit,relicto in dedititia ciuitate præſidio ipſe omnibus copijs ad interiora regni profugit, nõ auſus feſtinantem ad ſe cũ exercitu Imperatorẽ expectare. Quam infamiam vt nouo aliquo facinore deleret, Corradinum Barbaroſſam in Aphricã miſit qui Tunetanũ Regẽ regno eijceret,quod facinus iterũ ſuſcepit Carolus,eumq; quem Solimãnus eiecerat ipſe reſtituit, vt oſtenderet ne in Aphrica

quidem Turcas impunè ſi ſocios Po.Ro-
mani offenderét,latituros. Qua victoria
annus trigeſimus quintus ſupra milleſi-
mum quingẽteſimũ illuſtris fuit. Verùm
ſupra omnes præteritos, vnum trigeſi-
mum ſeptimum annũ Chriſtianis infeſtũ
fecit. Corcyram decẽ diebus,ſed fruſtra,
obſedit. Zacinthũ & Cytheram fœdiſſi-
mè populatus eſt. Æginam, Parum, &
Naxum celeberrimas per Gręciam inſu
las expugnauit, ingẽtique per Apuliam
armatorum multitudine graſſatus,totũ
Tyrrheni maris tractum cædibus,incen
dijs, populationibusque fœdauit. Et ne
vllam nobis requiẽ permitteret mox in-
ſequenti anno immiſſis in Stiriã Marta-
loſis, ingentem hominũ pecorũq; prædã
abduxit,Hungarisq; ad pugnã prouoca
tis,Caſſianeri ducis noſtri exercit⁹ (quẽ
ipſe pecunia corruperàt)oportunitate p̄-
fidiæ vſus,fœliciter ad Sauum pugnauit.
Poſthæc tranſactis annis quibus pacem
ab eo Veneti pepegerant, rurſum mare
illis infeſtum fecit, vt nouam annui ve-
ctigalis pecuniã emũgeret. Anno proxi-
mo.n.1540.Caſtellũ Nouũ Dalmatię op-
pidũ Hiſpanico præſidio munitum om-
nibus intus trucidatis expugnat.

Budam

¶ ORNATIS. VIRO PETRO à Lith Antwerpiano. Io.Ramus. S.

TVrcarũ hiſtorias eximio adoleſcẽti Laurẽtio Ducio,clariſſimi illius Caſparis Ducij filio,te primùm ſuaſore dedicaui Petre ſuauiſſime, quę vtinam illi tam placeant,quàm ego tibi ea in re libenter gratificatus ſum, vt intelligeres quãti te facerem, cui etiã laborum meorum arbitrium tam familiariter conceſſerim: & hiſtoriam,cuius editionem mihiipſi hactenus negaui,eandem lubens in tuam gratiam communi vtriuſque amico dedicauerim: cum qua vt pleniorem aliquam animi in te mei ſignificationẽ afferrem, Elegias aliquot & Epigrammata ſub tuo nomine in publicum exitura ſelegi,nihil dubitás,quin eſſes ea velut ab amico profecta in ſummo honore & pretio habiturus.

Vale amicorum iucundiſſime.
Louanij. Pridie Idus Aprilis.

Anno 1553.

ELEGIAE ALIquot & Epigrammata, eodem Ramo autore.

AD PETRVM NANNIum & Iacobum Latomum.

PAnnonia uates uos Ramus ab orbe ſalutat.
Vltima Germano quæ ſtat in Imperio.
Quamq; Getæ toties Scythicis petière ſagittis,
Et quæ uulgato dicta Vienna modo eſt.
Incolumis ualeo, quanq̃ uix iſta ualere,
Quæ uideo ante oculos ſtare pericla ſinant.
Auſtria ubiq; armis & aperto Marte pateſcit,
Dura pharetrato bella mouente Geta.
Tygris ut in ſummis furit incita montibus, utq;
Æſtuat amiſſo fœta leæna uiro:
Sic ferus Euxino ducens à littore Thraces,
Turca per Auſtriacã Marte uagatur humũ.
Cui niſi mox ſumptis cũ Cæſare uiribus, omnes
Occurrent Latij Teutoniciq; Duces:
Cogetur Lybicis Europa ſubacta Tyrannis,
Barbaricum famulo uertice ferre iugum.

Altera ſollicitat noſtram formidine mentem,
Altera plus iſto cauſa timenda malo.
Attulit huc nuper cœli contagio ſæuam,
Qua nihil in toto eſt triſtius orbe luem.
Quod modò ſi pergam narrare uidebitis ingens
Quàm prope ſit noſtrũ peſtis adorta caput.
Nuper ut à cœna uinoq; meracius hauſto,
Compoſui placido membra leuanda thoro.
Molliter abrupit cœptam nox atra quietem,
Cum plus aut medium Luna teneret iter.
Inueni attonita trepidum formidine pectus,
Atq; thorum lachrymis immaduiſſe meis.
Iamq; fugax tenebris oculos ludebat imago,
Et terror, qualem ſomnia noctis habent.
Ipſaq; uicinas peſtis quæ accenderat ædes,
Altera ſolliciti cauſa timoris erat.
Cœperat admonitu tanti mens ægra pericli
Deficere, & ſubito frigore pectus agi:
Cum ſubito exilui, non eſt timor iſte fouendus,
Non eſt hæc, dixi, peſtis alenda metu.
Illiſusq; ſilex ferro mihi præſtitit ignem,
Et lumen præceps ſumpta lucerna dedit.
Mox quoq; Naſonis ter quinq; uolumina ſumpſi
In trepidas, ut erant, flenſq; gemẽſq; manus.

Ecce ſub aſpectum mihi ſe liber ille ferebat,
Qui medium à decimo bisq; duobus habet.
Mox furor inuenit meus hic alimenta, dabasq;
Materiam noſtris inuide Naſo malis.
Miſſam ubi deſcribis ſtudio Iunonis in orbem,
Ad quam ſic timui contremuiq;, luem.
Iamq; intus ſenſi nigrum trahere oſſa cruorem,
Et carpi infeſto uiſcera aduſta malo.
Ante ea quàm magnas caperet contagio uires,
Conſulta eſt medici docta potensq; manus.
Qui mox læthali turgentem ſanguine uenam,
Illo, quem primum repperit enſe, ſecat.
Viſcera paulatim ſenſi mea tabe leuari,
Atq; ægra ad uires membra redire ſuas.
Inde ſub incudem chartam calamumq; uocaui,
Iſta rudi ut uobis carmina Marte darem:
Quos caſum neſcire nefas communis amici
Credebam, & fati parte carere mei.

¶ AD EOSDEM.

Totus in imparibus mihi uerſibus exijt annus,
Quo plectrum tenui Naſo diſerte tuum.
Quóq; Meduſæis mea fontibus ora rigaui,
Et uolucris colui ſigna ſecutus equi.

Effœtis poſt quem mihi deficientia neruis,
Inuito ueniunt carmina cuncta pede.
Nullaq́; non ſordent collata prioribus, atque
Neſcio quid peius deteriusq́; ſonent.
Quare cum uobis pro tempore pauca pararem,
Mittere ab Auſtriaco metra profecta ſolo:
Inueni trepida plenam formidine Muſam,
Quod ſubito ad tantos eſſet itura uiros.
Quodq́; parum culta tectam ſe ueſte uideret,
Vixq́; ulla autorem parte referre ſuum.
Dixit, iter longum eſt, & copia magna latronũ
Occupat obſeſſas nocte dieq́; uias.
Sæpe ſub infeſtis iter imbribus iſtud agendum,
Aut ſub torrenti ſydere ſolis, erit.
Callida nequicquàm cauſas prætexuit iſtas,
Propoſiti ut poſſet uertere cœpta mei.
Inde: quid horreſcis ſolito plus territa dixi,
Tanq̃ Vandalicos Muſa aditura Gothos.
Pone metum, ueteres trãſmiſſa uidebis amicos,
Et duo Caſtalij lumina prima chori.
Quosq́; tuus ſummo genitor decorauit honore,
Et quibus haud ætas protulit ulla pares.
Vtq́; ſcias: alter tibi Nannius, alter ab ipſo
Deſumptum Latomi nomine nomen habet.

Ille exporrectum cana inter tempora uultũ,
Vdáq; perpetuò lumina fonte gerit.
Aſt alter uiridi robuſtus corpore, uterque
Pectora conſilij plena uirilis habet.
Ex me cum dederisq; utriq; precata ſalutem
Ibis, & huius eris hoſpes, & huius eris.
Qui mox perfundẽt largo tua membra liquore,
Emptáq; non paruo uina bibenda dabunt.
Qualia ad irriguum profert Mogũtia Rhenũ,
Quæ clarum Mogi nomen ab amne tenet.
Poſt hæc Auſtriacas dic Ramus deſeret oras,
Nec plus Aonias carmine adibit aquas,
Sed Pataui legum ſtudijs addictus in urbe,
Impenſis ductus uiuet Olahe tuis.
Interea iuſsit me uos penès ille manere,
Donec ad hanc redeat inde reuerſus humũ.
Tum me, tùm læta deſertam fronte reſumet,
Et ueterem denuo Muſa tenebò locum.
Interea ueſtro uiuam protecta fauore,
Et longi inter uos obſes amoris ero.
Hæc tibi uerborum, ne pecces, forma tenenda,
In quibus eſt animi ſumma recepta mei.
Siq; meus uicium, quod nõ puto, uerſus habebit,
Hoc excúſabis carmina noſtra modo.

Quod

Quod legitis, medio cœptum ſub ſydere noctis,
Orto finitum ſole reliquit opus.
Moxq́; recedenti dedit huc mihi mane ferendū,
Quam lima terſum poſteriore foret.
Tēpore quo Maias celebrabat Roma Calēdas,
Et Tauri in medio ſydere Phœbus erat.

AD MARTINVM BONdenariū Ferrariēſem I. V. doctorē, qua honoratiſſ. olim Gulielmus de Hont Ioanni Ramo, dum uiueret, Auus maternus defletur.

Nocturnas inter, niſi fallor, epiſtola mē-
Vna mihi de te reddita nup erat. (ſas
Quæ uelut à docto Cicerone profecta, mouere
Iudicium poterat Craſſe diſerte tuum.
Tantus ubiq; lepôs, & inaffectata uenuſtas,
Et tam ſolliciti plena laboris erat.
In qua me uatem dicebasq; eſſe poëtam,
Atq; adeò iſtius temporis Ouidium.
Deſine, non patiar, quiſquis ſapit iſtud abhorret
Nomen, & in pretio quod fuit ante, fugit.
Eſſe tamen qualē tua finxit epiſtola Ramum,
Ipſum ſi poſſit nomen abeſſe, uelim.

Laudẽtur quibus eſt circum ſua tẽpora laurus,
Quiſq; hedera in teneris ſerpit adulta comis.
Impatiens laudis tumulum caput inter & urnã,
Ne qua ſe poſsit parte leuare, tego.
Inq; mea triſtes ſylueſcunt fronte cupreſsi,
Noſtráq; funereis ora rigantur aquis.
Audio, quãq; prius uel nõ audiſſe, uel iſthæc
Irrita quæ memorant, uerba fuiſſe uelim.
Audio, ſed tantos horreſcit lingua dolores,
Quòd meus eſt uitæ munere functus Auus.
Qui me Pegaſidas primus deduxit ad undas,
Et fuit ingenij duxq; parensq; mei.
Quiq; meas ſecũ, quid nõ querar? abſtulit artes,
Cúmq; illo ſtudij facta ruina mei eſt.
Hunc ſi ſeruaſſent ſuperi, noſtra altius iſſet,
Quæ nunc in præceps fama caduca ruet.
Sed quia mortalis fuit, & nos unà ſub umbras
Qua nihil eſt homini certius hora feret:
Æquius hoc patiar uel ſic qa ferre neceſſe eſt,
Vel quia ſors fortem poſtulat iſta uirum.
Interea tibi ſint precor omnia fauſta, Deuſq;
Adijciat cœptis uela ſecunda tuis.
Vt ne Siſypheum uidearis obire laborem,
Hauſiaq; pertuſo flumina ferre cribro.

Ad

AD IACOBVM SVSIVM, de uerſione Clypei Herculis ex Heſiodo.

QVæ pridem è Græco miſi tibi carmina uate,
Conuerſa in Latios Auſoniosq; modos:
Si non Germano ſint uerſa nitore, nec illas
Argolicæ referant dexteritatis opes:
Romano ueniam Muſis dabis ore locutis,
Tam facili quibus eſt uena negata ſono.
Græca magis penetrāt animos, propiusq; legētis
Verba ſub aſpectum iudiciumq; ferunt.
Si qua igitur durū cenſebis forſan ad unguem
Verſa, nec in Latios molliter acta pedes.
Diſsimula, nec enim neſcis quàm multa morari
Facturum è Græcis metra Latina ſolent.

AD IACOBVM LATOmum, De Pſalmis ab eo uerſis.

HÆbrei partim diuina Poëmata uatis,
Feciſti in Latios molliter ire pedes.
Feciſti, pergas uentis dare uela, quouſque
Impleat extremam meta ſuprema manum.

Aut

Aut iuſto ſemper colophone poëma carebit,
Et qui perficiat cætera nullus erit.
Nec tantum aſſumet quisq̃ ſibi, ut addere tẽtet,
Carmina carminibus æqua futura tuis.
In quibus & uires, atque ornamenta, fidemq́;
Et quicquid uates ſummus haberet, habes.

RAMVS DE NATALI ſuo, pridie Martini.

FRigidus hybernum cùm Sol declinat ad axem,
Idibus & glaciem bruma Nouembris habet:
De me facta parens, & onus geniale reliquit
Mater, & à fœtu libera facta ſuo eſt.
Bacchica cum largo Martini feſta liquore,
Chriſtiadum paſsim credula turba colit.
Tempore quo nigris nox aduolat excita pennis,
Heſperus & pulſo ſydera Sole uocat.
Index à ſexta cœnæ properabat ad horam,
Qui graue cenſendi tempora munus habet.
Dúmq; parant epulas potandáq; uina, reſedit,
Omnis ad inſtructas turba uocata dapes.
Accubuit mater uicini neſcia partus,
Séq; ſed occulto eſt, queſta dolore premi.

Cum

Cum magis atq; magis dolor incremẽta recepit,
Sit fœlix, partus hora propinquat, ait.
Seceſsit, mox & nato locupletior uno,
Et mater de me facta parenſq; fuit.
Naſcenti Lucina manum ſubmiſit, & ipſe
Attribuit fatis nomen Apollo meis.
Et Ianus: quondam uatum pars una futurus,
Conueniens ſtudio nomen habebis, ait.
Cætera fugerunt animum, nec ſingula poſſem,
In partu quæ ſunt geſta referre meo.
Quæ tamen aſpexi præſens, atque ordine uidi
Cuncta geri, quamuis non memini illa geri.
Forſan quod duo ſint quæ nos Natura latere
Tempora, triſtitiæ plena maliſq;, uelit.
Mortis, & exigua naſcentis origine Vitæ,
Inter quæ medium, quàm cito tempus abit?

TESTAMENTVM NICOlai Comitis à Salm. qui pręcipuus in Auſtria cõtra Turcas Dux fuit.

Virtutem natis atq; æmula geſta relinquo,
Vxori uiduos & ſine labe thoros.
Terroremq; hoſti, patriæq; ex hoſte triũphos,
Et terræ corpus, cætera numen ero.

Aliud

¶ ALIVD AD FILIVM IVLIVM.

Diuitias alij natis fragilesq́; relinquunt,
Solicitè uulgus quas rude querit, opes.
Aſt ego te noſtræ potius uirtutis Iulæ,
Hæredemq́; mei nominis eſſe uelim.

¶ ALIVD, DE EODEM Comite de Salm.

Ante tuos ueniens thalamos cũctata parumper
Hæſit inaudito mors ſtupefacta modo.
Donec ad Imperium ſupremi numinis auſa eſt,
In te lœtales ferre cruenta manus.
Cuius ab illæſo nequicquàm pectore, poſtquàm
Iam ſemel atque iterum tela repulſa forent.
Aut Deus hic, ait, eſt: aut me mea dextra feſel(lit,
Quãuis mẽbra negẽt eſſe caduca Deũ.
Cumq́; iterum admiſsis intorſit uiribus haſtam,
Noſtrá ne perpetuo dextera hebeſcet, ait?
Nũc morere, ut referas actæ benè premia uitæ,
Ecce tibi cœlum cum Iouis arce patet.

M. N. IOANNI HASSELT, Tridenti, ubi comitia de rebus fidei habebantur, defuncto, Io. Ramus poſuit.

SI mors (ut fertur) uiſu foret orba, nec unq̃
Conſpiceret ſua quem ſpicula corripiāt:
Forſan ab Alpinis non tam cito montibus iſſet
Haſſelij ad Stygias uita trilinguis aquas.
Sed quia nec cæca eſt, nec luminis orba, uidéſne
Miſerit, in quantum tela cruenta caput?
Quippe uolens Muſis ſtudijsq́; infeſta nocere,
Qua tandem poterat parte nocere magis?

¶MORS VT TERRIBILIS
ſit, æqua tamen eſt.

Horrida terribili mors demetit omnia falce,
Et nil regales ſæua moratur opes.
Expendit iuſta tamen omnia lance, per ipſam
Premia tum benè, tum qui male uixit habet.
Hos uocat ad ſuperos requies ubi ſumma laborũ
Ad pœnas illos iudiciumq́; uocat.

QVOD POESIS HOC SE-
culo contemtius habeatur.

MAgna quidem res eſt, nimium ſed flu
xa Poëſis.
Et licet è ſuperis orta, caduca tamẽ.
Præcipuè noſtra quæ tempeſtate canuntur.
Quàm leue, quāq̃ fugax carmina pōdus habēt.

An qa nec doctis honor eſt, nec gratia Muſis,
Spretaq́; Pieridum turba nouena iacet.
Quæq́; olim fuerãt, nũc ſunt ſine honore Camæ
Et gratis uates ora diſerta mouent. (næ
O miſeri, quibus eſt uirtus ſine laude, quibusq́;
Ingenij ſemper fama pudenda ſui eſt.
Muſa uale, furor eſt tecum benè nata morari
Pectora, ſi bona fers non meliora, Vale.

¶ ALIVD,

Hei mihi, neſcio quo præceps me deferat æſtus,
Inuida quóue meum ſecula nomen agant.
Si ſum de ſacra famam titulumq́; poëſi,
Et de Pegaſeo nomen adeptus equo:
Creditur eſſe aliquid, ſtudiũq́; probatur, at ipſe
Impranſo recitãs uentre poëta famet.
Vel ſi cauſidicas deſertor Apollinis artes,
Ingrediarq́; tuum Iuſtiniane forum:
Ne non ſint metuo genio aduerſante ſecunda,
Et ſtudij pereant cœpta maligna mei.

PHALEVCIVM.

VIginti mihi quattuorq́; meſſes
Poſtquàm tranſierant, Vale Camænis
Et dixi ſcopulis uale Syrenum,